





Sammeld

7. Bd = woch - Ki 4065

Sl.

+





TRACTATIO JURIDICA


JURE
APERTURÆ

JOHANNES RECHT



IN VINDOBONA
APUD JOSEPHUM STAMMERMANNUM
ANNO MDCCLXXII





I. N. J.

DISSERTATIO JURIDICA
DE

ICTV FUSTIVM

QUAM

Divina adspirante clementia

RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. VVILHELMO HENRICO

DVCATVS ISENACENSIS HÆREDE &c. &c.

AVTORITATE ILLVSTRIS IN INCLYTA

SALANA ICTORVM SENATVS

SVB PRÆSIDIO

VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. CHRISTIANI WILDVOGELII

ICTI CONSVMMATISSIMI

CONSILIARII SAXO-ISENACENSIS INTIMI

CVRIÆ PROVINC. ET SCAB. NEC NON FACVLT. JURID.

ASSESSORIS GRAVISSIMI

IURIS PVBL. ET FEUDALIS ITEMQVE COD. ET NOV.

PROFESSORIS ORDINARI

*Dn. Patroni, Promotoris ac Præceptoris sui
obsequiosè & humiliter colendi*

Ad diem 16. Junii Anno C. MDCCIII.

IN AVDITORIO ICTORVM

Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit

JACOBVS BERNHARDVS KESSLER.

Oettinga-Suevus.

JENÆ, Litteris MULLERIANIS.

21.

DISSERTATIO JURIDICA
DE

ICTV FUSTIVM

DE

Divina adhibuit clementia
RECTORE ACADEMIE MAGNIFICENTISSIMO
SACRILEGII PUNITIONE

DR. VVILHELMO HENRICO

DOCTORE LEGUM
AVDITORE ILLUSTRIS IN NOBILITATE
SACRAE AUSTRIAE CAESARIS
SACRAE PALATINAE AUSTRIAE
SACRAE ROMANAE IMPERII
SACRAE CATHOLICAE MAJESTATIS
SACRAE AUSTRIAE CAESARIS
SACRAE PALATINAE AUSTRIAE
SACRAE ROMANAE IMPERII
SACRAE CATHOLICAE MAJESTATIS

DR. CHRISTIANI WILDOEGELII

ICIT CONSILIISSIMI
CONSILIARII SAXONIAE ELECTORIS PRINCIPIS
CURIAE PROVINCE ET SOCIETATIS MONASTICAE JURIS
ASSISTENTIS CAUSISSIMI
JURIS PUBLI ET FEUDALIS THEORIE COD. ET PRAE
PROFESSORIS ORDINARI

DR. PATRONI, PRAELECTORIS AC PRAECEPTORIS


AD DIEM 16 JUNII ANNO 1780
IN AVDITORIO ICTORVM

PUBLICAE ERUDITIONIS INSTITUTIONI
JACOBVS BERNHARDVS KESSLER.

Oettingae Sueviae

1780, LINDI MULLERIANI





A. N. D. N. 7. C.

PRÆFATIO.



Um thema quoddam loco speciminis publici elaborare constitutum haberem, huc illuc me traxit ipsa de inveniendis idoneo argumento dubitatio, donec tandem iussu Patris, laudato, & feliciter superato examine privato, quod vocant minus solenni, ex aliis mihi proponeretur materia pœnalis de *ICTU FVSTIVM*, quæ cum in foro sit frequens, in Scholarum verò cathedra, quantum constat, hæcenus speciatim nondum tractata, idcirco de ea, uti decebat, eò lubentius pauca colligere & publicæ eruditorum censura subicere non dubitavi: Quis enim ignorat ad incolumitatem Reipublicæ obtinendam non parum conferre securitatem publicam, quam autem consequi vix poterit Princeps, nisi maligni atque turbatores pœnis eorum delictis proportionatis vel plane tollantur è vivis, vel ita coërceantur, ut vitam suam emendare discant. Hinc Legibus non immeritò jubentur.

bentur Magistratus animadvertere, ne maleficia impunita maneant. *L. 51. vers. Quod si quis. ff. ad L. A. quil.* Et Ulpianus in *L. 13. pr. ff. de offic. Præsid.* Congruit, inquit, bono & gravi Præfidi, curare, ut pacata & quieta provincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si sollicitè agat, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat. Nam & Sacrilegos, latrones, plagarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliquerit in eum animadvertere. Ne verò diverso planè & corrupto ordine procedere videar, præsentem disputationem in tria distribui capita, ita, ut in primo, de origine Nominis; in secundo, de causis civilibus, in quibus ictus fustium locum habeat; & in tertio denique de causis criminalibus, delictis atque personis, quibus pœna hæc & Jure Rom. & hodierno imponi soleat, acturus sim. Cum autem argumenti hujus nimis ampli atque diffusæ exactam circuleationem ingenii reuinitas non promittat, à Beneuolò Lectore, propter nimiam temporis angustiam, ac strepitus belligerantium, quo Patria nostra proli dolor! ubivis planè locorum perfonat, quive me præter spem domum redire coegerunt, facile veniam impetratum spero. Capta autem nostra, ut feliciter cedant,

Divini Numinis gratiam imploramus

ex corde.

CAP.



CAPUT I.

De ICTV FVSTIVM

ratione notationis Nominum.

THESIS I.

Inter Philosophos non solum, sed ^{Proamis} & Jure consultos communiter receptum est, ^{uma} ut is, qui thema quoddam juridicum pertractare animum induxit, Etymologiam seu originem vocis præmittat. Nam & Socrates apud Epictetum haud incongruè *Principium*, inquit, *eruditionis est, intelligentia verborum.* Et celebris Jctus Wisenbach in *Comment. ad Tit. ff. de V. S. R. S. disp. I. pr.* hæc de onomatologia profert: *ad rectè docendum, oportet primo expendere nomina, cum rem definire nequeamus, nisi significatione verbi distincta.* Et hoc non sine causa, siquidem perceptio nominis ad perceptionem ipsius rei nos provehit. Everh. in *loc. topic. 19.* Hinc de JCTU FVSTIVM præsentem meam dissertationem adornaturus, ad exemplum veterum Jctorum, notationem atque originem nominis breviter præmitto, cum, monente

A Ulpia-

Ulpiano, in *L. I §. II. ff. de Ven. inspic.* etiam illorum quæ manifesta sunt, interpretatio non negligenda veniat.

Th. II.

*Etymologia
Vocabuli
Ictus.*

Ad vocabulum igitur *Ictus* quod attinet, illud sine dubio ab antiquo verbo *Ico, Icere*, quod idem est ac *ferire, percutere*, Germ. *Schlagen* derivationem suam habet. Accipitur verò hæc vox *Icere*, ut plurimum apud Scriptores Latinos in metaphorica significatione, ut quando dicitur *Icere fœdus*, apud Cicer. in *Pison.* pro eo quod aliis vocatur, *ferire fœdus*, idè, quod in fœderibus confirmandis quondam victimæ caderentur. In propria significatione adhibetur à Plinio, quando is ait: *Arborum manu sararum laurus fulmine sola non icitur.* *ICTUS* itaque propriè nihil aliud denotat, quam percussionem ipsam: Cui *Schlag / ein Streich*; Græcis *πληγή, πληγμα, Τροπή*. Vid. Calvin. & Jacob. Spieg. *Lex. Jurid.* Ita dicitur: *Ictus lapidis, Ictus fulminis.* In quo etiam sensu accipitur à Jure Consulto in *L. Mela. ff. ad L. Aguli.* verb. *Siquidem appareat cuius ICTU perierit.* Item in *L. 23. §. fin. ff. ad L. Jul. de adulter.* verb. *uno ICTU occidit utrumque.* Nec non in *L. 7. ff. de his qui effud.* Quamvis etiam participialiter *ICTUS* denotet illum, qui percussus, pulsatus vel verberatus est. Ut apud Ovid. *Jovis ignibus ICTUS*, i. e. fulmine percussus; & apud Sveton. *ICTA fulmine domus.*

Th. III.

Homonymia ipsius.

Ratione homonymiæ *ICTUS* aliquando in jure nostro poenam indigat, quæ per *ICTUS* infligitur: Imò in genere poena seu coercitio quædam, qualis qualis illa sit; *ICTUS* vocatur; quo in sensu Imperator noster Justinianus in *L. 33. in fin. pr. Cod. de inoff. testament.* elegantissimè scribit: *ut avaritia ejus legitime ICTIBUS feriatu*, i. e. condigna afficiatur poena.

Th. IV.

Quod verbum *Fustum* concernit, illud primitivum esse, nec ab alio derivari videtur, quamvis Isidor. *lib. 5. Etymol. c. 27.* fustes dictos esse putet ab eo, quia praefixi in *fossis stent*, quos palos rustici vocant. Vid. Carol. du Fresne, in *Glossar. latin. verb. Fustis*. Significat autem vox *fustis*, nihil aliud quam baculum seu stipitem, Germ. einen Knüttel/Bengel/Steden/Prügel/ ut notat Schard. *Lex. Jur.* Et licet *fustis* ad plura negotia adhiberi soleat, communiter tamen denotat tale instrumentum, quo ad percutiendum alterum utimur. Hinc Cicer. in *Pison. Non opus est*, ait, *verbis, sed fustibus*. Idemque in *VII. Contr. Verrem: clavis ac fustibus repellere*, scribit. Ita *fustem alicui impingere*, dicitur, eimen mit Knütteln zudecken. Coercere aliquem *fuste*, apud Horat. Atque sic fustes accensentur etiam armis, quibus vis inferri potest. *L. 3. §. 2. ff. de vi & vi arm.* ubi Ulpianus *armis, quarit, dejectum, quomodo accipimus? & arma*, respondit, *sunt omnia tela; hoc est, & FUSTES & lapides: non solum gladii, hasta, framea.* Veniunt etiam nonnunquam nomine teli, ut in *L. 54. §. 2. de furt. ibi: Teli appellatione & ferrum & FUSTIS, & lapis, & denique omne, quod nocendi causa habetur, significatur.* Quod & facit Ictus in *L. 1. §. 17. ff. ad Sc. Silian.* quando scribit: *Occisorum appellatione eos contineri, qui per vim, aut cedem sunt interfecti: utputa jugulatum, strangulatum, precipitatum vel saxo, vel FUSTE, vel lapide percussum, vel quo alio telo necatum.* Quod quidem Hippolytus de *Marsiliis pinct. caus. criminal. §. pro complemento. n. 14.* limitat, & ante percussionem, lapides vel fustes arma minus rectè dici putat.

Etymologia Socra Fustis.

Fustes interdum habetur pro armis.

*Pena istius
fustium
pluribus
gentibus
usitata est.* Poena autem hæc quæ *ICTU fustium* infertur, ut
apud quamplurimas gentes barbaras frequentari atque
Falaka nominari solet, ita imprimis apud Turcas ad-
modum est usitata. De qua Dn. Thenevot in seiner Mor-
genländischen Reise-Beschreibung *lib. 1. cap. 69. pag. 93.*
Et 94. teste Dæblero, also schreibt: Die gemeinen
Straffen in der Túrckey sind die Knüttel-Schläge/
entweder unten an den Fußsohlen / oder auf das Hin-
tergestell: Sie haben einen grossen / an zweyen Orten
gegen die Mitte durchbohrten Stock / in demselben sind
zwey Löcher / gut anderthalb Schuh weit von einander /
dadurch gehet eine Schnur / und wann man denjenigen so
bestraft werden soll / auf die Erden gelegt / so steckt
man dessen Fuß zwischen die Schnur und den Stock /
und zwey Kerl nehmen ieder das eine Ende des Stocks /
wie auch die Schnur / und ziehen damit zu / daß er die
darinn enthaltene Fuß nicht regen kan / und in dem sie
ihn mit Aufhebung des Stocks die Fußsohlen sehr hoch
halten / er auch also auf den Schultern liegend / keine Kraft
sich zu bewegen hat / so haben zwey Kerl ieder einen Ste-
cken eines kleinen Fingers dick in der Hand / und schlagen
einer nach dem andern wie die Schmiede auf den Anboß /
auf dieses elenden Menschen Fußsohlen / und zehlen un-
terwehrenden zuschmeissen die Streiche mit heller Stimm /
biß sie ihm so viel gegeben / als ihnen geordnet ist / oder
derjenige so über ihn Gewalt hat / spricht: Es ist genug.

Th. VI.

*Synonyma
Vocabuli
Fustis.*

Hoc igitur specialiori significato & quatenus fu-
stes ad cædendum vel percutiendum adhibentur, ejus
synonyma constitui possunt *flagella*. De flagello, cui
dolor,

dolor, vel *dolon* inerat, vid. *L. 52. §. 1. ad L. Aquil.* ibique Gothofr. qui *dolonem* explicat pro flagello, intra cuius virgam pugio later. Quamvis fustis à flagello non solum ratione ipsius rei, sed etiam ratione usus ab invicem differant, prout infra pluribus dicitur. Pro fuste quoad usum non nunquam *virgæ* substituuntur, sic enim apud Romanos deligati ad palam, scissâ jussu Magistratus à lictoribus & laniatâ veste, nudi virgis cæsi sunt. Grachus apud Gellium *cap. 3. lib. 10.* & Cicer. in *Verr. lib. 5. repente*, ait, *hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari & virgas expediri jubet*: & paulo post: *Cædebatur virgis in medio foro Messane Civis Rom.* Veruntamen & *virgæ* diversa sunt à fustibus, nec semper pro synonymis capi possunt, prout res ipsa demonstrat.

Th. VII.

His præmissis, jam facile apparet, quidnam hæc duo vocabula, *Ictus Fustium*, conjunctim sumta, significant. Nimirum aut *causaliter*, accipiuntur hæc voces & nihil aliud designant, quam percussione[m], quæ *fustibus* aut simili instrumento, ad cædendum & lædendum apto peragitur: aut *effectivè* sumuntur, atque sic ipsas plagas, quæ ex ista actione vel percussione proveniunt, denotant. Nonnunquam etiam ipsius pœnæ genus per ictum fustium innuitur, pro quo *Fustuarii* vox apud quosdam Autores reperitur. Sic enim Liv. lib. 5. *Fustuarium* mereri scribit, qui signa reliquit aut praesidio decedit. Qua de voce plura videri possunt apud Turneb. in *advers.* *ἔυλογοπία* Græci vocarunt, ut est apud Polyb. lib. 6. *hisor.* Vid. Carol. du Fresne *Gloss. Græc. Latin. d. voc.* eamque pœnam à Tarquinio Superbo primum excogi.

Ictus fustium sumitur vel causaliter vel effectivè.

Per ictus fustium significatur interdum pœnæ genus

Apud nos
pena illius
fustium
fustigatio
vocatur.

cogitatum fuisse, Suidas refert. Vid. Schönborn. *Po-
lit. lib. 3. cap. 20.* Apud nos hodie poena hæc *Fustigatio*
vocari solet, quam à *flagellatione*, supplicio illo servili
descendere, dicit Besold. *Theaur. pract. Lit. R. n. 84.* etiam nisi
percutio non semper fustibus fiat, sed virgis etiam aut
alio instrumento.

Th. IIX.

Eodem in sensu poenæ illius genus *Flagellatio* à
quibusdam dicitur, licet vocabulo non satis latino :
Ab aliis *verberatio* vocatur, utut hi actus reapse ab in-
vicem fuerint diversi. *Verberandi* quippe verbum ge-
nerale est, & fit vel fuste vel virga, aut baculo, loris,
flagello, ferula, arundine, similibusque, prout notat Go-
thofr. *ad L. 5. §. 1. ff. de injur. & ad L. 12. ff. de jur. fisco.*
Flagellationem deinde & *fustigationem* inter se differ-
re, constat ex *L. 7. ff. de pæn. ubi Jctus fustium admoni-
tionem, flagellorum castigationem & vinculorum verbe-
rationem*, tanquam separata recenset. Et fustes quidem
vestitis inferebantur, flagella verò nudis, ut autor est
Gothofr. *ad d. L. 7. ff. de pæn.* Neque æqualiter aut
promiscu omnes flagello aut fuste cadebantur, sed fla-
gellatio servile supplicium erat, quod vilissimis & ab-
jectissimis mancipiis irrogari solebat, fustibus verò li-
berti cadebantur. *L. 1. §. 10. ff. de off. Pref. urb. ut & libe-
ri homines tenuioris conditionis, L. 3. §. 2. eod.* Hinc
Macer Jctus in *L. 10. pr. ff. d. 2. ex quibus causis*, ait, *liber*
fustibus caditur, ex his servus flagellis cedi jubetur. Et
Callistratus in *L. 28. §. 2. eod. non omnes, scribit, fustibus*
*cedi solent, sed hi duntaxat qui liberi sunt, & quidem te-
nuioris homines.* Quin & flagellandi columnæ alliga-
bantur & loris ad mortem usq; nonnunquam cadeban-
tur.

Fustigatio
quid?

Flagellatio
quomodo
illata.



tur. Petr. Faber. *lib. 2. semestr. 10.* Greg. Tholosanus *Syntag. Jur. lib. 3. cap. 11. n. 12.* Quo modo Salvatorem nostrum flagellatum, Prudentius asserit, infirmulque columnam qua adnexus fuit, adhuc suo tempore superstitem fuisse, memorat, dum ita canit:

*Vinctus in his Dominus fletit adibus atque columnis
Adnexus, tergum dedit ut servile flagellis.
Perstat adhuc, templumque gerit veneranda columna.*

De qua columna, quod à Iohanne Columna Cardinale ex Ægypto Romam delata fuerit, Paulus Iovius narrat, *in vita Pompon. Columnæ.* Et Cornelius à Lapide *in cap. 27. Matth.* eandem hodiernum ibidem in templo S. Praxidis videri asserit, cui tamen fidem adhibere non vult. Dab. Wülffer *in medit. Passion. p. 320.* Sed & flagellandi cervix primis temporibus furcæ inferebatur, reique corpus postea feriebatur, uti constat ex Sveton. *in Nerone. cap. 49.* Quibus præterea illud adjiciendum, crucifigendos ex Lege apud Romanos prius flagellis verberatos fuisse, ut hac ratione ab hominum honestorum societate quasi separarentur; autore Ioseph. *lib. 5. d. excid. cap. 32.* & ut esset hoc quasi signo destinatus iam crucis candidatus, ut loquitur Apulejus *de aur. asin.* Add. Joh. Henningi *archæolog. passion. cap. 16. §. 14.* Sed vinculorum verberatio de qua Ictus in d. L. 7. ff. de *pen. quæ poena fuerit*, obscurum videtur. Accursius illam accipit pro verberatione reorum in carcere. Obrecht *in de Jurisdict. c. 7. n. 25.* vincula interpretatur per *tom & habenas.* De quibus Horatius *lib. 3. Carm. Ode 5.* ita canit: *Qui lora restrictis laceratis sensit iners, timensq. mortem.* Et Plautus joculariter ea his verbis *in Asin. sc. 1.* describit: *ubi vivos homines mortui boves incurfant.* Sed Bocer.

*Vinculo-
rum verberatio que
poena fuerit.*

Bocer. *Tr. de Jurisdic.* putat potius, quia flagellum, lo-
rum & habena idem ferè significant, in *d. L. 7. ff. de
pœn.* per vinculorum verberationem significari virga-
rum verberationem, cum virgæ quibus criminis reus
læditur, vinciantur & ligentur ex pluribus betula ra-
mentis. Ab ista verberatione descendit vox *Verbero*,
quæ habetur in *L. 6. Cod. de serv. fugit.* ubi *nequissimus
verbero* dicitur servus à domino aufugiens, quasi is, qui
verberationis pœnam fuit promeritus. Add. *L. un.
Cod. de mulier. que se propr. serv. junx.* Hac voce *ver-
berationis* utitur quoque Cicero *Lib. 16. ad familiar.
Epistol. 27.* quamvis per illud vocabulum commotio-
nem quandam animi exprimere malit, dum ait : *miri-
ficam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.* Sic-
uti is etiam in *anteced. epist. 26.* voce *verberandi* in
tropico sensu utitur, quando scribit : *verberavi te cogita-
tionis tacito dumtaxat convicio.*

Th. IX.

Huic verberationi accenseri etiam debent *plum-
batarum ictus*, de quibus mentio fit in plurimis Cod.
Theodof. legibus, ut *L. 2. Cod. Theodof. de Quæst.* ibi :
*plumbatarum verò ictus, quos in ingenuis corporibus non
probanus, non ab omni ordine submovemus &c.* Leges
verò, quæ de hisce verberibus loquuntur, non eadem
semper utuntur formula: Qui enim in *d. L. 2.* nec non
in *L. 80. 85. & 117. C. Theo. de Decurion.* *Plumbatarum
ictus* dicuntur, in *d. l. 85. C. Theod.* *Plumbatarum cru-
ciatus*, item *Plumbatarum verbera* vocantur, in *L. 3. in
fin. Cod. Theod. de Exact.* & *plumbi verbera*, *L. 7. in fin.
d. tit.* Porro *plumbo coerceri* habetur in *L. 40. in fin. C.
Th. d. Heret. plumbo contundi L. 53. in fin. d. tit. Plum-
batis*

batis coerceri L. 14. de Cohortibus. Quas formulas uno pene loco congeffit & expressit Prudentius in Martyrio Romano, dum inquit:

Tundatur tergum crebris ictibus
Plumboque cervix verberata extuberet.

Et mox:

Pulsatus ergo Martyr illa grandine
Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos.

Ex quibus omnibus, inquit Gothofr. in *Comment. ad Cod. Theod. d. L. 2. de Quæst.* facile apparet, plumbatarum seu plumbi verbera, nihil aliud fuisse, quam communitio-^{plumbatarum verbera quid?} nis seu admonitionis, vel potius supplicii genus, quo tergum rei crebris ictibus cædebatur grandinis instar. Erat nimirum *Plumbata* flagellum, cujus lora plumbum seu plumbeos globulos & glandulas in extremo innexum habebant, ut hinc grandinem vocaverit Prudentius *cit. loc.* Harum etiam mentionem injicit Suidas, verbo *πλumbάται*, & Carol. du Fresne in *Gloss. Latin. verbo: Plumbata*, plura enarrat. Quin & flagella sæpius insitis talis aut ossiculis exasperabantur, sive ut Apulejus loquitur *lib. 8. d. aur. asin.* pecuinis ossibus erant catenata.

Th. X.

Erat quoque *virgarum verberatio* Romanis usitata, *Virbarum verberatio.* eaque licebat Dominis in servos suos, uti constat ex *L. un. C. de emend. serv.* vocantur hæ virgæ etiam ferulæ, qua servi castigabantur, de quibus Juvenalis *Satyr. 6.*

— Hinc frangit ferulas, rubet ille flagellis

Hic Scutica

Qui castigationis modus hodiernis moribus inter pœnarum, quibus corpus affligitur, genera præcipuum locum occupat, de quo inferius pluribus agendi

*Pulsatio an
se Synony-
mum.*

erit occasio. Caterum & Pulsationis verbum, vocis
hujus nostræ, de qua agimus, synonymum esse, ex eo
dicendum videtur, quod verberationi jungatur, in
L. 5. pr. ff. de injur. ibi : quod se pulsatum verberatumve
esse dicat. Veruntamen JCrus ibidem de injuriis
agere, ad quas etiam pulsatio pertinet, ex ipso contextu
apparet : nobis autem hic sermo est de Jctu fustium, per
quem dolor aliquis inferitur icto, adeoque pulsatio
proprie huc minime est referenda, cum ipse JCrus cit.
L. 5. §. 1. de injur. fateatur, quod pulsare sit cadere sine
dolo, verberare vero cum dolore. Quantum vero
ad injuriarum actionem, vocabula hæc in effectu con-
venire, libenter concedimus.

Th. XI.

*Jctus fu-
stium de-
finitur.*

Atque ex his, quæ jam dicta sunt, facile apparet,
quid sit Jctus Fustium, & quid, secundum usum præ-
cipue loquendi hodiernum, per hæc verba significetur.
Nimirum, quælibet cæsis, percussio ac verberatio, quæ
aut fuste sit & baculo, vel flagello, sentica, loris, habe-
nis, quin & virgis aut simili instrumento ad dolorem
corpori inferendum habili ac apto : ut hac ratione
vulnera excludantur quæ gladio, framea, cultro, lapide
aliove quovis telo inferuntur, vernaculâ linguâ, Ståus
pen/ mit Ruthen aushauen/ item Prügelung vocari so-
let. Fit autem ejusmodi Jctus Fustium vel licitè vel
illicitè. Illo modo, quando tanquam castigatio vel
pœna suscipitur & ab illis inferitur, quibus jus castigandi
& puniendi legibus est permittum & injunctum :
Hoc vero, quando à talibus inferitur, quibus jus illud mi-
nimè competit, adeoque ad injurias reales refertur, &
promeritam post se pœnam trahit. De singulis in se-
quentibus capitulis visuri sumus.

*Est Collici-
tus vel illi-
citus.*

CAPUT

CAPUT II.

De
ICTV FVSTIVM

ratione causarum civilium.

Th. I.

Pergamus igitur ad caput secundum, acturi de causis civilibus, in quibus *Jctus Fustium* spectari solet.

Ubi primo nobis occurrit pater, de quo quaeritur, an illi filium suum fustibus cadere aut virgis verberare licitum sit? Id quod omnino affirmandum est, propter

*An Patre
sit licitum
verberare
filium.*

L. 3. C. d. patr. potest. in qua Alexander Imperator his verbis Artemidero consulenti respondet: *Filium tuum, si pietatem patri debitam non agnoscit, Castigare jure patrie potestatis non prohiberis: acriore remedio usurus, si in pari contumacia perseveraverit: In primordio equidem Reip. Romanae Patres vitae necisque arbitrium in filios suos habuisse, ex L. fin. Cod. d. patr. potest. & L. ii. in fin. ff. d. lib. & posthum. constat: permittendum enim erat civibus tunc temporis ex necessitate quadam surgentis imperii de bellis magis conficiendis, quam judiciis ordinandis sollicitis, ut domus cujusque pusilla esset Resp. juxta Senec. *Epist. 43.* Sed cum vaga haec & infinita licentia crudeles quam plurimos & nefandos produceret effectus, & patria potestas non in atrocitate, sed in pietate consistere debeat *L. 5. ff. ad L. Pompej. d. parricid.* per legitimos tramites eandem expellere sequentium Legislatorum decrevit prudentia, *d. L. fin.* ita tamen*

ut patri potestas coërcendi liberos immorigeros relinqueretur d. L. 3. C. de patr. potest. cum adversus eos peccare à quibus vitæ principium accepimus, plurimisque beneficiis aucti sumus, summa habeatur impietas, teste Tullio in orat. pro Planc: ut hinc Patri jus sit virgis, loris & fustibus malitiam filii compefcere. Vid. Carpz. Pr. Crim. p. 3. qv. iii. n. 28. Atque cum hoc asserto quam optimè consonat Scriptura Sacra: ita enim Sapientissimus inter Reges Salomon. Proverb. 19. v. 18. parentes admonet: Züchtige deinen Sohn / weil Hoffnung da ist / aber laß deine Seele nicht bewegt werden / ihn zu tödten. Et clarius in cap. 23. v. 13. Laß nicht ab den Knaben zu züchtigen / denn wo du ihn mit der Ruthe hauest / so darff man ihn nicht tödten. Du hauest ihn mit der Ruthe / aber du errettest seine Seele von der Hellen. Quæ verba notanter sequentem in modum interpretatur B. Lotherus in glossa marginali: **Stäupest du ihn / so darff ihn der Hencker nicht stäupen / es muß doch gestäupt seyn / thuts der Vater nicht / so thuts Weister Hans / da würd nicht anders auß. Niemand ist ihm te entlauffen / denn es ist Gottes Gericht.** An eadem hæc potestas coërcendi filios matri quoque attribuenda sit? ex eo forsan dubium videri queat, tum quod jure antiquo romano jus vitæ necisque in filios patri tantum, non etiam matri concessa, neque hinc pater, sed mater tantum filios occidens pœna legis Pompejæ fuerit comprehensa, l. 1. pr. ff. ad L. Pomp. d. parric. tum etiam, quod juxta sententiam Ludvvelli Diss. 2. ab. 1. lit. e. & Schneidvv. ad tit. ff. d. patr. pot. n. 29. patri solum, non verò matri jus vendendi filios sanguinolentos propter egestatem victus causa liceat. Verum cum

cum arbitrium illud necandi filios penitus legibus sit remotum, præterea *l. 2. C. d. parent. qui fil. distr.* indistinctè parentibus facultatem vendendi liberos concedat, nec sexus differentiam faciat, atque hinc ad matrem quoque eam extendat Hahn. *ad Wesenb. tit. d. his qui sui. vel n. 2. verb. distrabere.* de cætero utrisque parentibus omnis cura in educanda sobole, parque sollicitudo incumbat, haud ambigendum est, quin & matri facultas coercendi liberos improbos jure concedatur.

Th. II.

Affines parentibus sunt illi, qui sanguinis propinquitate aliquem tangunt, veluti patruus & avunculi aliive consanguinei, adeoque hi eandem in correctione propinquorum, ac ipsi parentes, facultatem habere dicendum est. Justinianus quippe Imper. in *Nov. 118.* *Sæc.* vocat patruos, avunculos, amitas & materteras, idque ideo, ut de ipsa præstantia & honore divinitatis, quem in parentibus agnoscere debemus ac venerari, admoneamur in ipsorum fratribus ac sororibus. Rittershus. *ad Nov. p. 7. cap. 13. n. 12.* His igitur omnibus idem jus esse fustibus aut virgis animadvertendi in immorigeros propinquos, luculenter docet *l. un. C. d. emendat. propinq.* ut nimirum, quos *advita decora domestica laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat,* secundum gravissima Imperatorum verba in *d. l. un.* Dummodo non acerbior sit correctio, quàm ipsius patris, neque hæc tendat ad vindictam sed ad emendationem, prout monet Brunn. *ad d. l. un.* Atque hisce propinquis, quæ castigandi potestas concessa est, vitricum quoque accenseri, haud dubitandum,

*An propina
quis licitum
sit suis
suis cadere.*

An & vitricus.

quoniam hic in defuncti parentis locum suffectus §. 6. §
7. *I. d. nupt.* paterna charitate privignos diligere cense-
tur. *l. 15. C. d. neg. gest. Perez. in Cod. tit. ubi pupill. educ.*

An & Tu-
toribus &
Curatori-
bus.

Th. III.

Sed quid de Tutoribus & Curatoribus dicendum
erit? Sane tutores, quasi tutores dici, illisque incum-
bere, ut ab aliorum injuriis pupilli tuti sint, novimus
ex §. f. *I. d. Attil. tut.* Quin & non ferendum esse, pu-
pillum à tutore suo rigide & crudeliter tractari, Bart.
scribit *in l. 3. ff. ubi pupill. educ.* Bach. *ad Treutl. Vol. 2.*
Disp. 8. th. 6. lit. b. Veruntamen cum educationis cura
& morum cultura tutoribus committatur, eaque sine
emendatione in ferocioribus præsertim ingeniis, vix
obteneri queat, verbera & plagas emendationis causa,
adhibere tutoribus vix denegandum erit, cum qui dat
finem, concedat quoque media ad finem ducentia. *l. 2.*
ff. d. jurisdict. l. 1. §. 7. § 8. ff. de exerc. act. Aliud for-
tassis dicendum veniret de curatoribus, quippe qui non
tam personæ, quàm rebus minorum dati esse intelli-
guntur, & secundario saltem regendo minori præfici-
untur *l. 7. ff. d. curat. furios. pr. l. d. curat.*

Th. IV.

Præceptori-
bus anidem
liceat.

A tutoribus ad Præceptores progredimur, quibus
potestatem castigandi & virgis seu baculo ferendi di-
scipulos competere, ex eo facilè colligitur, quod iis in
scholam introductis, virgæ ac baculus, tanquam insignia
imperii ab Ephoris statim præferri soleant. Probatur
præterea mos iste castigationis sacris canonibus; ita
enim Augustinus, relatus *in can. 8. caus. 23. qv. 5.* ad Mar-
cellinum scribit: *Noli perdere paternam diligentiam,
quam in ipsa inquisitione servasti, quando tantorum sce-
lerum confessionem non extendente equuleo, non sulcan-
tibus*

tibus unguis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus erussi: qui modus coercitionis & à magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpè etiam in iudiciis solet ab Episcopis adhiberi. Coarctandi enim sunt calores juveniles, ne cupidini dediti tristem sentiant exitum, l. 8. §. 5. C. de bon. qua lib. Ne igitur in vanum doceat præceptor frustra que minas intenet, vi coactiva instructus esse debet, cum reluctari soleant discipuli justis præceptorum, sicut appetitus sensitivus reætæ rationi. Arist. 7. Polit. cap. 15. Modò tamen illud quoque observetur, quod habetur in can. 4. caus. 23. qv. 5. ut nimirum nihil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter: quia & plectendo & ignoscendo hoc solùm benè agitur, ut vita hominum corrigatur.

Th. V.

Artium liberalium Præceptoribus similes sunt Magistri opificum, quibus proinde eadem, quæ literarum Magistris, coercendi discipulos & flagris contra eosdem utendi potestas rectè tribuitur. Nam hisce opificibus non minus disciplinæ, quàm artis causa pueri tradi solent, & magistri persona sancta semper tyroni haberi debet, ita ut quicquid filius patri, famulus domino, discipulus præceptoris debet, id quoque Magister à tyrone exigere possit. Vid. Dn. D. Adr. Beier d. Magistr. opific. cap. 12. n. 421. Modò in hac castigatione etiam modus servetur: si namque magister atrociora verbera inferat puero, & flagellis vel fuste nimium in eum sæviat, non tantum alius magister ad absolvendam disciplinam exoptari potest, sed & actioni legis aequilæ locus dabitur. Hinc quando tutor puero discenti parum benè faci-

An Magi-
stris opificum.

facienti quod demonstraverat, forma calcei cervicem percusserat, ut oculus puero perfunderetur, (id quod quomodo contingat, docet illustr. Dn. Strykius *d. Jur. Sens. Disp. 1. cap. 5. n. 7.*) lege aquilia agi posse, non dubitat Ulpianus in *l. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil.* cum levis duntaxat castigatio concessa sit docenti, *d. §. in fin. & præceptoris nimia sævitia culpæ annumeretur l. 6. ff. d. v.* quod idem repetitur in *l. 13. §. 4. ff. loc. Add. excell. Dn. D. Beier, in Tyron. opific. cap. 10. §. 2.*

Th. VI.

*An domini
percutere
possint ser-
vos.*

A Parentibus & præceptoribus ad dominos descendimus, visuri quantum illis licitum sit in suos servos, & an hos quoque verberibus afficere possint. Antiquo sanè jure & prima surgentis Reipublicæ romanæ astate, servos in potestate dominorum haud secus ac bruta animantia fuisse, novimus, atque dominos in servos vitæ necisque potestatem habuisse, ipse Imperator noster fatetur, *§. 1. J. d. bis qui sui vel al. jur.* cujusmodi sævitix dominicæ exempla quamplurima congestit Seneca *lib. d. Ira cap. 3.* Hanc tamen crudelitatem, quoniam illa directò juri naturæ repugnat, mitigavit primò lex Petronia, denegans dominis potestatem suo arbitrato servos bestiis objiciendi. *l. 1. §. ult. ff. ad L. Cornel. d. sicar.* Deinde Imperator Hadrianus eam restrinxit, prohibens, ne servi à domino occiderentur, eosque, si digni essent, per judices damnari jubens, ut autor est Spartianus. Tandem Constantinus Aug. Christianâ jam religione imbutus dominis nihil præter moderatam castigationem in servos permisit. *l. un. C. d. emend. serv.* Qua quidem in lege Constantinus verberum genera, quæ antea promiscuè & impunè in servis exercebantur,

bantur, ita distinxit, ut, si servum dominus virgis aut loris afflixerit, quæ utique servilis est castigatio, & servus ex ea forte causa moriatur, dominus securus esse jubeatur, atque dierum distinctione sive interpretatione depulsa, i. e. non attento, utrum illicò in plagis defecerit, an verò aliquot dies supervixerit, nullum criminis metum servo mortuo susceat. At verò si moderatè suo jure utatur; & servum ICTII FUSTIS aut lapidis ceciderit, tunc reus sit homicidii. Eandem hanc constitutionem Imperator repetiit in l. 2. C. Theod. d. emend. serv. Maximiniano Macrobio his verbis rescribens: Quoties verbera dominorum talis casus servorum comitabitur ut moriantur, culpa nudi sunt, qui dum pessima corrigunt, meliora suis adquirere vernaculis voluerunt. Et post: Totiens etiam dominum non placet morte servi reum homicidii pronunciari, quotiens simplicibus questionibus domesticam exerceat potestatem. Si quando igitur servi plagarum correctione, imminente fatali necessitate rebus humanis excedunt, nullam metuant domini questionem. Convenire videtur hæc constantiniana constitutio legi Mosaicæ, quæ extat Exodi 21. v. 20. 21. ubi dominus, si servum fuste aut baculo cædebat, isque sub manibus domini moriebat, puniri jubetur, si autem aliquot dies supervivebat, nullam poenam sentire decernitur: in eo tamen ab illa discrepat, quod & virgis & loris immoderate castigans servum dominus, haud reus sit homicidii, licet servus in ipsis plagis defecerit, quia nimirum ex ipso hoc admonitionis genere, tum ex teli qualitate, nullum occidendi animum adfuisse, colligitur, prout latius hoc thema prosequitur Jac. Goth. ad d. l. 2. C. Th. d. emend. serv.

*Quid in
servo fru-
ctuario ju-
ris.*

De servo tamen in quo alteri ususfructus con-
stitutus est, diversum sentire videtur Ulpianus in *l. 23. ff.
d. usufr.* atque usufructuario quidem modicam castiga-
tionem in illum competere putat, modo eum flagellis
non cadat. Veruntamen id saltem de immodica fla-
gellatione aut fustigatione, qua servus inutilis proprie-
tario redditur, intelligendum, esse ipsa ratio dicitur,
cum ne quidem dominis supra modum in servos suos
sævisse liceat, §. 2. ff. *d. his qui sui vel al. jur.* multo minus
fructuario, quippe qui ita re fructuaria uti cogitur, ne
illa deterior fiat. *l. 17. §. 1. ff. d. usufr.* atque hinc nec ci-
caricibus servum deformare usufructuario conceditur.
d. l. 17. §. 1. in fin.

*An hodie-
nos homines
propriis ca-
dere licen-
tiam.*

Th. IX.

Quæ de servis secundum jus romanum dictum
fuerunt, optima ratione ad homines Germaniæ nostræ
propriis, die *Leibeigene / Eigengehörige* applicari pote-
runt, cum hi similitudinem quandam cum mancipiis
habeant. Hahn. *ad Wesenb. tit. de oper. libert.* Schüz.
in Compend. Lauterb. cod. tit. Hinc quemadmodum
castigatio modica flagellis aut fuste dominis in servos,
ita eadem quoque in proprios homines permixta cre-
ditur. Husan. *d. hom. propr. cap. 7. n. 3.* Si verò domi-
nus hominem suum crebris verberibus excipiat, aut alio
modo in eum sæviat, quin tunc mandatum sine clau-
sula contra eundem decerni queat, dubium planè non
est. Gail. *lib. 1. obs. 17.* Brunn. *in proc. civ. cap. 2. n. 10.* per
l. 23. C. d. agric. & censu. Imò si ulterius domini mise-
ros istos affligere præsumant, jure suo, quod in illos ha-
bent,

bent, privari posse, docet Husan. *d. tr. cap. 8. n. 22. seqq.*
 Gomez. *resol. tom. 2. c. 2. n. 51. arg. 2. ff. d. bis qui sui. S. f.*
J. eod.

Th. X.

Aliud omninò asserendum videtur de nostris *An famulos*
 hodiernis servis famulisque mercede conductis, quippe
 qui per contractum operas suas nobis locant, nec per
 id servitutis jugum subeunt, ac proinde severas casti-
 gationes ferre non coguntur, sed inique tractati do-
 minos actione injuriarum convenire in judicio possunt.
 Mev. *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 10. n. 16.* Moresta-
 men utilitatis causa domino moderatam quandam co-
 èrcendi licentiam indulgent, Alex. *Vol. 3. Conf. 73.* Bo-
 nacossia *tr. d. serv. & fam. qv. 94. & 117.* adeoque fustium
 ictus moderatos famulis imperio reluctansibus aut alio
 modo refractariis infligi posse, ratio svadet: quò perti-
 nere videtur prudentissimum Syracidis monitum, *c. 17. 33.*
vers. 25. Dem Esel gehöret sein Futter / Geißel und
 Last / also dem Knecht sein Brodt / Straffe und Arbeit.
 Nec non id, quod *sequ. vers. 27.* subnectit: Das Joch
 und die Seile beugen den Hals / einen bösen Knecht
 Stock und Knüttel.

Th. XI.

Quod si igitur domino famulos suos indistincte *An subditos*
 fustibus excipere non licet, multo minus officialibus *operas ex-*
 Principum subditos operas exhibentes plagis excipere *hibentes,*
 erit permillum: qualem ferociam venatores improbi *die Frobh*
 erga rusticos sapius exercere, usu discimus. Atque *ner.*
 hinc non sine ratione morem istum impium reprobat
 Da. a Seckendorff in teutschen Fürsten Staat. *p. 3. cap. 3.*

die Wildbau. Venatores pie admonens, daß sie denen Jagt- Frohnbahren Unterthanen nicht mit Schlägen und anderer Ungebühr/wie oft von unbescheidenen Jägern und Förstern geschiehet / Drangsal oder Schaden zufügen sollen.

Th. XII.

In maritus
16207. 670.

Paucis nunc etiam de marito dispiendum, an is verberare, fustibus cadere, aut loris percutere uxorem licitè valeat? Imperium sanè aliquod marito in uxorem jure naturæ competere, ipsa sacra pagina evincit, *Gen. 3. v. 10.* ubi Deus Adamo Evam adjungens expressis verbis virum nominat dominum, quam dispositionem divinam omnes penè gentes secutæ, potestatem marito in uxorem tribuunt: quin & jus Sax. marito tutelam in uxorem, imò & potestatem permittit, statim postquam hæc consensu thalamo è sacris paternis transit, *Landr. lib. 3. art. 31.* Ast verò quemadmodum patri in liberos, tutori in pupillos coercitio competit, ita & marito in uxorem hæc deneganda non est. Hinc si obfirmata animi malitia hæc resistat mariti iussibus, finemque matrimonii impedire conetur, verberibus eam emendare, legibus non repugnat. Vid. *Carpz. Jurispr. Conf. lib. 2. def. 221. n. 1. & Pr. Crim. P. 1. q. 12. n. 50.* Charisius *d. for. consf. cap. 2. n. 79.* Sed num fustes quoque adhibere, aut flagellis in uxorem uti concessum sit marito? dubitatur. Afferendum id videtur, ex eo, quod idem licitum sit patri in filium, præceptorum in discipulum, tutori in pupillum. *supr. lib. 2. 4. 6.* Verùm contrarium habetur in *l. 8. §. 2. C. d. repud.* quæ Theodos. & Valent. *Impp. divortium uxori concedunt,* si ma-

si maritum, se verberibus (quæ ingenuis aliena sunt) afficientem probaverit. Quo quidem in loco nollem defendere Schmidii sententiam, quam habet in *Trutina Brunnemanniæ Part. prior. sect. 1. cap. 1. §. 23.* statuentis, non omnia verbera in mulieres esse prohibita, sed illa tantùm, quæ ingenuis haud conveniunt, qualia sunt, quæ fustibus aut flagellis sunt: cum hac ratione, quando dicitur: abstinendum esse à turpibus verbis ac calumniis, quæ christianos non decent, quis subsumere posset: E quædam turpia verba & calumnia christianis sunt permissa, prout hanc opinionem refellit, Dn. Jac. Brunnem. *Castig. Trut. Brunnem. ad cit. loc.* Illud potius dicendum, verbera omnia ab Imp. jam laudatis penitus maritis fuisse interdicta, aded, ut ob solam hanc causam uxor divortium impetrare potuerit. Sed id postmodum immutatum à Justiniano sacratissimo legislatore, in *Nov. 117. cap. 14.* sanciente: ut si quis propriam uxorem flagellis aut FUSTIBUS ceciderit (καὶ εἴη ἢ ἐὺλοῖς τῶν ἡρώων) sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficiunt matrimonii solutionem ex hoc fieri non debere. Manet igitur verum, verberibus quoque coerceri posse uxorem ex justa & fontica causa, nec per id injuriam ipsi inferri, cum jus suum prosequatur maritus, l. 13. §. 1. ff. d. injur. dummodò id fiat moderate & absque sævitiis: neque enim probandi sunt versus in contemptum sexus sequioris ab improbo quodam osore hujus generis compositi:

*Nux, asinus, mulier simili sunt lege ligati,
Hæc tria nil rectè faciunt, si verbera cessent.*

Et secundum Glossatorem Juris canonici, mulier non ex capite viri facta fuit, ne esset domina, neque ex pede, ut esset famula, sed ex costa, ut sit sociamiriti. Quod si igitur maritus immoderate uxorem trahet & flagellis vel FUSTIBUS sine causa fontica cecidisse monstratur, pro hujusmodi injuria ex alia sua substantia dare uxori, etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facie largitatis, jubetur à Justiniano in *d. Nov. 117. c. 14.* Et hodie extra ordinem, carcere puta imò relegatione quoque & fustigatione, pro ratione excessus, à judice punitur. Carpz. *d. def. 221. Pr. Crim. P. 1. qv. 12. n. 51.* Præterea uxor ad maritum accedere non cogitur, nisi præstita prius ab hoc cautione de non amplius offendendo. Carpz. *lib. 2. Consi. def. 218.*

Th. XIII. NOV. 1078

Clerico an
sibi subje-
ctum fuste
cadere li-
ceat.

De sacerdotibus nunc porrò queritur, an hi sibi subjectos percutere aut fuste cadere licitè possint? Id quod oppidò negandum, disertè id prohibente Apostolo Paulo, quando *1. ad Timoth. 3. & ad Tit. 1.* Episcopum vult esse irreprehensibilem, *ὡς ἀλάττην*, NON PERCUSSOREM, quod B. Lutherus vernaculâ linguâ vertit, nicht pochen / i. e. prügeln / schlagen und schmeißen. Licet verò percussoris nomine ille quoque denotetur, qui sermone inutilli infirmorum conscientiam percussit, uti habetur in *can. ult. dist. 45.* Attamen realem quoque percussorem, quæ fustibus aut baculo fit, clericis interdictam, manifestum est ex eo, quod Gregorius scribit, cujus verba sequentia referuntur in *can. 1. dist. 45.* *Quid autem de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra novit. Pastores*

flores etenim facti sumus, NON PERCUSSORES. No-
va ergo atque inaudita est ista predicatio, quæ VERBE-
RIBUS exigit fidem. Et quamvis idem Gregorius
percussionem ejusmodi approbasse videatur, si cum le-
nitate & non sa veritate peragitur, quando in can. 9. d.
dist. 45. Davidis illud dictum: Virga tua, & baculus
tuus, ipsa me consolata sunt, Episcopis ita commendat,
ut districtio apud eos esse debeat virgæ, quæ feriat, &
consolatio baculi, quæ sustentet, cum virga percutia-
mur, & baculo sustentemur; Ipse tamen mentem su-
am clarius sequentibus verbis exprimit, dum ait: sit
amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans:
sit zelus, sed non immoderatè sevens: sit pietas, sed non
plus, quam non expediat, parcens. Quin & omnibus
in universum clericis percussionem istam, sub com-
minatione pœnæ sacrorum conciliorum canones pro-
hibere putarunt. Ita namque in antiquissimo Aposto-
lorum, uti creditur, canone XXIX. legitur: Episcopum,
aut presbyterum, aut diaconum PERCUTIEN TEM
fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, &
per hujusmodi volentem timeri, dejici ab officio suo præ-
cipimus, quia nusquam nos docuit hoc Dominus. Econ-
tridò verò ipse cum percuteretur, non repercutiebat: cum
malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non
comminabatur. Quod idem quoque in concilio Roma-
no sub Sylvestro P. decretum, d. dist. 45. can. 2. verb.
Neminem quisquam peccantem clericum CÆDE AT-
TINGAT, non presbyter, non diaconus, non episcopus
clericum, vel servitorem ecclesie ad CÆDEM perducatur.
Sed si ita causa exigit clerici, triduo privetur honore.

ut penitens redeat ad matrem ecclesie. Ut & in concilio Agathensi, cujus decreti verba hæc inserta leguntur *can. 25. dist. 86. Non licet Episcopo manibus suis aliquem CÆDERE. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet. Scilicet plus erga corrigendos benevolentia agit, quàm severitas: plus cohortatio, quàm comminatio: plus charitas, quàm potestas, cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato vivat. can. 4. dist. 45. Et dum incautè clericus subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahit, bene admonet concilium Bracarense. Atque hinc si quis aliter, quàm dictum est, honorabiles subditus, licentia percepta potestatis elatus, malitia animi tantum crediderit VERBERANDOS, juxta modum VERBERUM, que inuulerit, excommunicationis pariter & exilii sententiam, cum sustinere, jubet, can. 8. d. dist. 45. Cateram non omnem Clericum qui percutit, percussorem esse, nec reprehensionem canonum subire, ait Jo. Anton. à S. Georgio, dictus Præpositus, ad can. 1. dist. 45. sed eum qui ita percutit, ut actus iste saltem ad læsionem proximi ordinetur, sive hoc sit ex eo, quod percutiens non habeat auctoritatem supra percussum, sive ex intentione vindictæ: hinc, si ille, qui auctoritate præditus est, aliquem percutiat ad emendationem, corrector potius, quàm percussor dicendus sit: etiamsi tum quoque, quando ejusmodi correctoria licita putatur, ea tamen propriis manibus Episcopi peragi non debent, quod & notat Ægid. Bellemera. ad can. 25. dist. 86.*

Th. XIV.

Ceterum nec clerico permissum esse, in aedificia correctionem istam contra sibi subiecto suscipere, ex concilii Ilerdensis decreto constat, cuius hæc verba habentur in *can. 19. caus. 17. qv. 4.* *Nullus clericorum, servum aut discipulum suum fugientem ad ecclesiam extrahere audeat, vel FLAGELLARE præsumat. Quod si fecerit, donec digne pœniteat, à loco, cui honorem non dedit, segregetur.* An verò si ab alio impetatur clericus, licitè fuste aut lapide percutere poterit adversarium? Negandum id videtur, quoniam duelli id speciem sapit; atque hinc à missarum celebratione per biennium abstinere jubetur clericus, qui in conflictu quodam adfuerat pro parte illorum, qui violentiam repulerant, in quo lapides ipse projecerat saltem, quamvis nullum percusserat. *cap. 3. X. d. cler. percuss.*

Th. XV.

Generatim denique circa personas quibus percussio aliorum permilla est, illud norandum venit, quod ex B. Augustino refertur in *can. 2. caus. V. qv. 5.* quando is ait: *Non omnis, qui parit amicus est, nec omnis, qui VERBERAT, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici.* Nec non quod B. Ambrosius habet in *can. 3. d. qv. 5.* *Non osculatur semper pater filium, sed & aliquando castigat. Ergò quando castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor PLAGAS suas, qua dulciores sunt, cum amarissimè inferuntur.*

Th. XVI.

Ex his, quæ jam dicta sunt facilè colligitur, quid

D. de

*Quid juris
in filio pa-
trem feri-
ente.*

de aliis personis, præter enumeratas, & de illarum percussione statuendum sit. Nimirum, non uti parenti filium, sic vicissim filio parentem cadere est concessum: cum liberi maximam reverentiam genitoribus suis exhibere sint obstricti, horumque persona illis semper sancta videri debeat. *l. i. l. 2. l. 9. d. obseq. parent. præst.* Hinc si filius violentas manus patri intulerit, eum exheredari permittit Imp. Justinianus in *Nov. 115. cap. 1.* Quin & jam primis Reip. romanæ temporibus, Præfectus urbi delictum hoc ad publicam pietatem pertinens, pro modo ejus vindicabat. *l. 1. §. 2. ff. d. t.* Moribus nostris tali in casu arbitraria pœna locum obtinet, quæ ad fustigationem usque extendi potest, iratamen, ut ad intercessionem parentum pœna mitigetur. *Carpz. Pr. Cr. qv. 100. n. 35. seqq.* Neque excusationem meretur filius ex eo, quod pater ipsum prius fuste percusserit, cum hoc parentibus jure sit permittum, atque hinc repercussio censeatur prohibita. *Farinac. l. 1. pr. crim. qv. 31. Obrecht. d. defens. cap. 6. n. 12.* nec enim injuriam alteri inferit, qui jure suo utitur. *l. 55. d. R. I.* Quod si verò filius alium percussurus patrem fortè feriat, pœna ista exheredationis aut similis locum haud invenit. Quoniam, etsi in re illicita filius versetur, & contra eum quoque, qui aliquem ex errore injuriâ afficit, injuriarum actio datur, *l. 18. §. 3. d. injur.* ad exheredationem tamen & pœnam criminalem gravis injuria requiritur, unâ cum animo delinquendi, qui hic quoad patris personam deficit, adeoque mitius est sentiendum. *cap. odia. d. R. I. in 6.*

Idem dicendum de uxore maritum suum percuciente. Hoc ipso enim illam contra divinam legem graviter peccare, quilibet agnoscit, memor ejus, quod Apostolus Petrus præcipit *1. Epist. cap. 3. vers. 1. & ad Ephef. 5. vers. 22. ad Coloss. 3. vers. 18.* Nec subjectio uxoris incumbens cum tali percussione simul stare potest. Hinc nec excusandum esse maritum, qui sponte uxori imperium relinquit & ab illa ictum fustium aut verbera tolerat, imò contra conscientiam peccare, poenamque promereri, scribit Mengerling *in Scrutin. consc. cap. 10. qv. 67.* Invertitur namque hæc ratio ipsa divina ordinatio, quam in prima hominis creatione supremum Numen promulgavit, scæminam ex viro factam his verbis alloquens *Gen. 3. vers. 16. Sub viri potestate eris; & ipse erit dominus tuus.* Quæ verba mira paraphrasi expressa leguntur in bibliis a Nicolao Lyra, Anno 1494. editis, & in bibliotheca regia Berolinensi nec non augusta Wolferbytana asservatis, hunc in modum: *Under der Macht des Mannes werstu wesende / und he schall aver dy herschopen / dy vakene to pynechende un to schlande.* Non igitur ea, quæ marito speciali juris divini lege competunt, sine injuria uxori tribui queunt.

Th. XVIII.

Neque hinc subditus Magistratum ejusque ministros fuste percuciens impune hoc feret, cum & is, qui Magistratui resistit, Deo resistere dicatur. *Rom. 13. vers. 2.* An vero tali in casu, quo Magistratus fuste aut manu percussus fuit, reus morte puniri possit? DD. discrepant.

crepant. Sanè militem, qui manus intulit præposito capite plectendum esse, Ictus scribit in *l. 6. §. 1. d. re mili.* Et quemlibet qui magistratum, vel iudicem ejuſve ministros aliquem capere volentes ſciens vulneraverit *vel percufferit*, relegatione, vel manus amputatione, vel fuſtigatione, vel gladio quoque puniri, juſſit glorioſiſſimus Elector Sax. in *Conſt. 43. p. 4.* Veruntamen ultimum ſupplicium non indiſtinctè, ſed tunc demum locum habere, quando in percuffione Magiſtratus violatio quædam pacis publicæ ſimul concurrat, innuere videtur Carpz. *Pr. Cr. qu. 100. n. 22. ſeq.* In Principis tamen perſona, per ejuſmodi percuffionem, crimen læſæ Majeſtatis committi, adeoque ſanguinis pœnam rectè infligi delinquenti poſſe, facilè patet: cum pro Majeſtatis crimine id quoque reputetur, ſi quis Principis ſaltem ſtatnam violaverit, aut lapidis ictu conſulto petierit, *l. 5. pr. l. 7. §. f. ff. ad L. Jul. Maj.* quin & privatorum ſtatuis ſaxo aliòvè instrumento caſis, injuriarum actio naſcatur. *l. 27. d. injur.* Ad archetypum enim & rem ſignificatam pertinet contumelia, quæ rei ſignificanti inferitur. Ziegler. *d. Jur. Maj. lib. 1. cap. 2. §. 29.* Licet ex eo probanda non ſit tyrannis primorum Imperatorum romanorum tempore, ad firmendam Majeſtatis reverentiam exerceri ſolita, ubi Majeſtatis reus habebatur, qui ſaltem ſervum ſuum *verberaverat*, cum is drachmam Tiberii imagine ſignatam teneret. Philoſtr. *l. 2. d. vit. Apollonii. c. 2.* vel, qui circa Auguſti ſimulacrum ſervum cecidiſſet, uti actor eſt Svet. in *Tiber. cap. 58.*

Th. XIX.

Ad ſuperiores, rectè quoque refertur Dominus ſeu

In Vaſallo
Dominum
ſervi cædem
36.

feudi, à cujus proinde percussione omnino Vasallus abstinere debet : quod si verò impias manus in personam domini ubicunque ingesserit, beneficium amittit, prout verba textus sonant *ii. Feud. 24. §. 2.* Id quod eò extendit Illustris Stryk. *Exam. jur. feud. cap. 23. qu. 5. & Vultej. d. feud. li. cap. 11. n. 25. in f.* ut vasallus feudo privati possit, si modo manus contra dominum, tanquam percussurus, levaverit. Cum conatus quoque seu voluntas ad actum quendam exteriorem procedens hac poena coërcenda sit. *ii. F. 51. §. Si voluerit. B. Struv. S. J. F. c. 15. apb. §. 11. 3.*

Th. XX.

Speciale præterea privilegium tributum est jure *In Laico clericum percussurum* Canonico Clericis, ne à laico percutiantur, gravissimâ excommunicationis poenâ in eos statutâ, qui tale quid audere præsumunt. Ira namque Alexander II Papa, in *can. 22. caus. 17. qu. 4.* edicit : *Si quis cujuscunque dignitatis vel ordinis laicorum Episcopum comprehenderit, PERCVSSERIT, aut aliqua via propria sede expulerit, nisi forte judicatum canonicè, auctores & cooperatores tanti sceleris anathematizentur, & bona eorum ecclesie ipsius juri perpetuo tradantur.* Et gravius Innocentius II. in concilio Lateranensi, cujus decreti verba habentur in *can. si quis. 29. d. caus. 17. qu. 4.* *Si quis foedente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrerit, quod in clericum vel monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absolvere (nisi mortis urgente periculo) donec Apostolico conspectui presentetur & ejus mandatum suscipiat.* Atque hoc prohibitionis decretum eò extendit

Præpositus in *Comment. ad cap. 9. dist. 45.* ut nec patri concedatur filium suum clericum percutere, licet parenti aliàs hæc potestas verberandi natos omni jure sit concessa. Quod si tamen clericus seculari vestitu incedat, & verbera sentiat, ex errore percutiens deliquisse censebitur, adeoque à gravissima ista excommunicationis pœna erit immunis. *Brunnem. ad l. 15. ff. d. injur. n. 9.* Quemadmodum etiam vassallus dominum inter vilissimos homines repertum percutiens ob id feudo non privatur, nisi uterque qualitatem personæ percussæ sciverit. *Brunn. d. l.* Moribus nostris in casu hoc percussif clericif relegationis pœnam obtinere, tradit *Carpzov. qv. 100. n. 24.*

Th. XXI.

Cum itaque sufficienter constet, quantum cuilibet circa ictus fustium jure civ. licitum sit, facile exinde colligitur, cum, qui injustè & absque causa verberatus vel pulsatus fuit, injuriarum agere posse. *L. 1. §. 2. verb. in corpus, cum quis pulsatur. & L. 5. pr. verb. quod se pulsatum, verberatumve & c. ff. de injur. L. 22. §. 9. ff. rat. rem hab.* Quanquam enim inter hæc duo vocabula: *pulsatum verberatum*, ut supra monuimus, aliqualis sit differentia, ista tamen non semper attenditur, & confunduntur nonnunquam hæc verba, ut in *L. 4. §. 13. de vi bonor. raptor.* Vindicatur autem ejusmodi injuria dupliciter, civiliter scilicet & criminaliter: Illo modo, si actor illatam injuriam æstimet, atque petat, ut judex tanti condemnet reum: Hoc modo, cum agitur, ut judex pro ratione injuriarum reum puniat: quæ pœna arbitraria est, aliquando incarcerationio, multa, relegatio, fusti-

Injustè verberatus agere potest injuriarum.

Idque vel civiliter, vel criminaliter.

fustigatio, manus amputatio, interdum ultimum supplicium. Carpz. *d. qv. 100.* Distinguendum verò Inter injurias reales, illas nempe quæ sunt leviores, ut verbera, alapa, percussiones absque mutilatione membrorum, vulgò Braun und Blau / Blutrünstig oder Knitzelschläge; & inter graviores, seu atrociores, ut vulnera & mutilationes membrorum: Illæ ad jurisdictionem inferiorem, für das Erb oder Unter-Gericht: Hæ ad superiorem jurisdictionem, vor das Ober-oder Hals-Gericht spectant. Carpz. *Pr. Crim. qv. 99. n. 14. seqq.*

Injuria realis est vel levior vel atrocior.

Th. XXII.

Cum autem constet, injuriam nos pati posse vel immediatè & in propria persona, vel mediatè, per alias personas, quæ in potestate nostra sunt, §. 2. *Instit. de injur.* Hinc si uxor quadam casa, verberata vel quocunque modo ipsi injuria fuerit illata, datur actio injuriarum & marito & patri & ipsi uxori, per *L. i. §. fin. de injur.* Quin & si uterque conjugum in patria potestate constituti sunt, quatuor personis actio hæc competit, nec una actione instituta reliquæ tolluntur. Scävz. in *Compend. jur. ad Lauterbach. d. L. §. fin. de injur.* Quæ de marito diximus, ad sponsum quoque referuntur, ut hic ob injuriam sponsæ illatam, agere possit. *L. 15 §. 24. ff. d. injur.* modò id icverit injurians. *L. 18. §. fin. eod. leg.* abique Brunnem. De filiofamilias qui in patria potestate & injuriam passus est, quæritur: an ipsi actio injuriarum competat? Negat id Bachov. neque enim ei, qui in potestate est, regulariter actio injuriarum datur, sed patri, qui filii nomine & simul proprio agit, per *L. 17. §. 10. §. 11. C. L. 41. ff. de injur.* Quod tamen limitacionem

Injuria nobis fit vel mediatè vel immediatè.

Illam vindicare potest maritus atque pater.

An filiofamilias injuriatus agere possit?

nem admittit. (1) in casu, quo pater absens est. *d. L. 17. §. 10. ff. de injur.* vel (2) præsens quidem, sed propter furorem vel aliud impedimentum agere non possit. *d. L. 17. §. 11. ff. de injur.* Potest quoque pater actionem filio acquisitam invito isto remittere. *d. L. 17. §. 12. & 13.* Præsumitur enim injuria magis ad Patrem quam filium spectare. §. 7. *Instit. de noxal. actio.* Si vero patris persona vilis est & filii honestior, tunc etsi pater remittat, filio nihilominus agere permittitur. *L. 17. §. 13. ff. de injur.* Hahn. *ad Wesemb. tit. de injur. n. 6.* Quid iidem dicendum, si pater fuerit percussus, num filius experiri hac actione poterit? Negat Farinac. *pr. crim.*

An uxor pro marito.

qu. 105. n. 258. ex eo, quod pœnalia non sint extendenda, *cap. odia. d. R. 1. in 6.* Ex eadem ratione nec uxor ob verbera marito inflicta injuriarum actionem instituire potest, cum uxores defendi à viris, non viros ab uxoribus æquum sit. §. 21. *J. d. injur. l. 2. ff. eod.*

Th. XXIII.

An propinquam cognatam vindicare possint.

Ex injuria cognato illata an reliqui cognati injuriarum agere possint? alia est quæstio. Plurimi ex DD. distinguunt inter actionem criminalem & civilem; illam concedunt, hanc verò competere negant. Berlich. *lib. 2. dec. 188.* ubi ita judicatum esse refert: hancque sententiam in praxi etiam observari, tradit Hahn. *ad Wesemb. tit. de injur. pag. m. 963.* Quamvis si juris principia respiciamus, contraria & negativa sententia verior esse videatur. Quia (1) hoc delictum est privatum, ex quo regulariter tantum læsi & damnum passi agunt: & (2) ut quis per alias personas injurias pati intelligatur, specialiter saltem de iis constitutum est, quibus

subfunt potestati patriæ, vel dominicæ, vel affectui maritali. *L. 1. §. 3. ff. de injur.* Ubi verò fictitia ista unitas, seu ratio legis, deficit, ibi quoque ipsa legis dispositio cessat. Vid. *Carpz. p. 1. dec. 33. Philipp. in Usu pract. Inst. lib. 4. eclog. 29.* Atque hinc idem dicendum putamus de patre, cuius filio, sed emancipato, facta est injuria. *L. 13. §. 4. ff. de injur.*

Th. XXIV.

Porro cum potestati nostræ subjecti quoque sint servi, idè si talis eorum pulsatus vel verberatus fuerit, domino quoque injuria facta videtur, ipsique suo nomine injuriarum actio datur. *L. 15. §. 34. seqq. ff. de injur.* si modo quid atrocius commissum fuerit, & quod aperte ad contumeliam domini respicit, veluti, si quis alienum servum **ATROCITER VERBERAVERIT**, prout loquitur *Imp. in §. 3. ff. de injur.* Hinc & per hodie nos famulos, nobis tunc demum injuria fieri censetur, si constet, ipsis in contumeliam Domini injuriam factam fuisse.

An in servis injuria fiat domino.

Th. XXV.

Notandum etiam hic, pro injuria haberi, si quis manum saltem elevet, quasi me verberaturus, licet non verberaverit, & sic illum actione injuriarum utili teneri, per *L. 5. pr. L. 15. §. 1. 27. ff. de injur.* Et hoc vocatur admenatio à Dn. Tabore in *su. tract. de armament. ubi de hac lege.* Atque ejusmodi injuria manus saltem elevatione facta, in dem *Chur-Fürstl Brandenburgl. Duell-Edict*, incarceratione unius anni puniri jubetur, *art. XI.* Ibi: *Ingleichen ist Unser Will/ daß wenn jemand den andern/mit der Hand oder Prigel drauet/der selbe*

Injuria etiam fit elevatione manus.

E ein

ein Jahr im Gefängnis sitzen / und ehe nicht heraus gelassen werden soll / bis er dem beleidigten öffentliche Abbit gethan / und daneben eine Geldbus pro ratione circumstantiarum & modo facultatum erlegt haben wird.

Th. XXVI.

Alium pro alio percussens non puniuntur.

Neque illud prætereundum, quod is, qui Mevium vult percutere, si Sempronium fortè feriat, injuriarum actione conveniri nequeat, *l. 4. ff. d. injur. modo percussens habeat facultatem percutiendi, secus enim ab actione ejusque poena haud erit immunis, l. 18. §. 3. cod. & l. 3. §. 2. d. l.* Præterea eum qui percussit, & qui percutere mandavit, pari poena afficere, æquum erit. *l. 11. §. 3. ff. d. injur.*

Mandans quoque & mandatarivus.

Th. XXVII.

Non propria autoritate illatam injuriam vindicare possumus.

Ex quibus jam dilucidè patet, nemini permissum esse propria autoritate injurias sibi illatas vindicare. Dixerit verò quispiam, melius esse atque ex usu Reip. fore, ut violentiæ quis potius occurrat, quam post vulneratam causam remedium, aut feram lacertis jam debilitatis vindictam, querere. *L. ult. Cod. in quib. caus. integ. restit.* Sed responderetur, rationem legis prohibitiæ positam esse in eo, ne singulis concedatur quod per Magistratum fieri debet, & ne occasio majoris tumultus detur. *L. 136. de R. I.* atque sic obtineatur finis civitatis, scil. publica securitas: Cum enim omnes homines natura propensi fiat ad contentionem, ut inquit Seneca. *cap. 3. de brev. vit.* vid. *L. 16. de recept. qui arbit.* non amplianda nec laxanda sibula est huic procacitati, sed ea potius providenter restringenda & coercenda venit. *arg. L. 13. vers. æquissimum. de usufr. L. 21. de R. C.*

Ne

Ne per in consultam armorum assumptionem tumultus, per tumultum secutio, per hanc verò periculum & interitus status Reipub. imminet, ut ait Charondas *in not. ad Cod. Henric. lib. 8. tit. 7. vid. L. 1. in fin. penult. ad L. Cornel. de siccar. L. ult. eodem. L. 1. in fin. ad L. Jul. Majest.* Et plura in *Disput. de injusto armorum usu, sub praesidio Excellentiss. Dn. Slevogeti habita.* Hunc etiam in finem judicia sunt introducta, ne quis sibi ipsi arroget ultionem. *L. 14. Cod. de Judais. L. 136. De R. I.* Quo facit etiam Churfürstl. Brandenburgl. *Duell-Edict. art. II.* cujus verba ita sonant: Nicht wenig ist Unser ernster Will/Befehl und Meinung/das alle diejenige / so einiger Massen entweder durch *Minen*, Wort oder Thätigkeiten beschimpft zu seyn vermeinen / sich nicht gelüsten lassen/diessfalls eigenmächtige *satisfaction* zunehmen/noch Uns in das von Gott anvertraute Nach: Schwert zu greiffen/sonderen Wir / als die höchste ihnen vorgesezte Lands:Obigkeit / wollen dahin sehen/ das ihnen zureichende *satisfaction* widerfahren / und so wohl ihre Ehr und guter Nahm / als ihre Persohn/ Haab und Gut ohngefränct und ohngeschmählert erhalten/ errett und vindicirt werden möge.

Th. XXVIII.

Atque hinc facile decidi potest quaestio: An verbales injurias per fustium ictum retorquere seu avertere liceat? Quod rectè negat Osiand. *ad Grot. lib. 2. cap. 1. tit. 10. Obs.* cum inter retorsionem ac defensionem hanc, & inter offensionem præcedentem, nulla detur æqualitas, qualis tamen necessario requiritur. *Carpz. part. 4. Const.*

An verbales injurias ictu fustis, retorquere liceat?

An & alias
reales.

Consl. 10 def. 6. E contrario, si fuste quis fuerit insultatus, non modo contrario fuste, sed & gladio insultanti occurrere, quin & eundem occidere permittitur: quoniam fuste quis ad necem caedi potest, adeoque dispositio *Ord. Crim. art. 140.* hac applicari potest: daß er mit einer tödtlichen Wehr überlauffen worden: Maximè si miles fuerit percussus aut nobilis. Richt. *Vol. 1. part. 5. conf. 20. n. 19.* Licet dissentire videatur *Baldwin. d. cas. conf. lib. 4. cap. 1. cas. 15.* Modo tamen ea, quæ ad defensionem necessariam requiruntur, fuerint observata. Quo tendit allegatum Edictum Regis Borussia: *art. III. verb.* worbey wir doch keines wegs gemeint seyn / jemanden die von GOTT und der Natur erlaubt. *defension* und Rettung seines Lebens, Gesundheit und Glieder / wie auch die Abwendung der etwan nechst androhenden Schläge oder dergleichen *injuriæ*, *servato tamen moderamine inculpate tutela*, oder daß dabey geziemende Maas gehalten werde / die Gefahr auch anderer Gestalt nach menschlichem Vermuthey nicht *erwart* werden könne / abzuschneiden oder zuzuehelfen / als vermessen solche nicht allein im Wort Gottes / sondern auch in allen natürlichen und Völkcher Rechten gegründet und zu gelassen ist. *Ulcarius*, si fuste alterum aggreffiens ipsemet vulneretur aut percussus, ob hoc actionem injuriarum aut *L. Aquilia* institui non potest cum damnum sua ipsius sentiat culpa. *1. 2. ff. d. R. 1. l. 4. §. 4. ad L. Aquil.* Et præterea rectè poenâ quadam, tanquam insultator afficitur. *Carpz. qu. 99. n. 30.*

Ips. percussus fuste non agit



Quod ad poenam injuriarum istiusmodi realium, fuste aut baculo illatarum attinet, quaeritur, an iudex contra talem delinquentem ex officio procedere possit? Id quod equidem regulariter negatur, cum delictum hoc sit privatum, & hinc actione saltem privata vindicetur, per *l. 4, §. 7. d. damn. infect.* Cum tamen circumstantiæ criminis sæpè efficiant, ut delictum hoc in numerum publicorum criminum sit referendum, veluti si injuria inferatur personæ publicæ, aut in loco sacro & privilegiato, non dubium est, quin tali in casu Magistratus sine precedente imploratione solenni in delinquentem animaduertere possit. Imo Magistratui supremo integrum est, si ob frequentes percussiones cædibus aut aliis corruptelis occasio detur, poenam criminalem contra facinorosos ejusmodi & pacis privatæ pariter ac publicæ turbatores statuere, & inquisitionis processum formare, veluti iustissime ita statutum in prælaudato Edicto Brandenburgico de Duellis. Cæterum, si ob fastis ictum certa quædam poena in statuto fuerit determinata, multiplicari hæc poena non poterit, etiamsi plures ictus eodem tempore simul fuerint illati: quia omnia, quæ durante rixa sunt, pro unico facto reputantur, & sic una poena sufficit: quod secus est, si diuersis temporibus ictus fuerint repetiti, *arg. l. 32. ad L. Aquil.*

An iudex percutientem ex officio punire possit?

Quatenus poena ob pul- res ictus multiplicatur.

Cam autem notum sit, injurias ex animo seu intentione injuriandi cognosci, sine qua nunquam injuria andi.

Injuria aestimatur ex animo injuriandi.

*Ex istu fu-
sti ioco illa-
to non ex-
surgit inju-
ria.*

ria committitur, extra dubium est, injuriarum actio-
nem non habere illum, qui per jocum verberibus cæsus
est. Atque huc referenda est consueta venatorum pœ-
na, quam sustinere coguntur illi, qui de rebus venato-
riis paulum crassius loquuntur, vel nonustatis ipsis lo-
quendi formulis utuntur, wenn einer das Weid-Messer
zuersuchen bekombt. Besold. *Theaur. præct. Lit. W. n. 35.*
voce Weid-Messer schlagen. Impuret enim sibi, qui
se immiscuit rei ad se non pertinenti. *L. 36. ff. de R. I.* Et
cum venatores suo jure sint usi, non videntur injuriam
intulisse. *L. 55. ff. de R. I. & L. 129. eod.* Idem dicendum
est, quando quis in exercitiis tormentorum vel balista-
rum à scopo aberravit: wenn einer im Stahl-Schüssen die
Sau bekombt/und gepritsch wird. Nolden. *de stat. No-
bil. c. 13. n. 83.* Alicubi enim locorum, solent illi, qui
aberrant à scopo, à scurris versicolori indutis, quos
Pritsch-Weister vocant, flagro quodam ligneo, vel ta-
bella in natibus percuti: Quem morem à Romanis an-
tiquioribus ad Germanos dimanasse, vult Draco *de Ju-
re Patricior. lib. 1. c. 11. in fin.* Secus autem sentiendum
esset, si in regione aliqua, hic mos non frequentare-
tur. Mores enim provinciarum omnino hic attendi
debent. *L. 9. ff. de extraord. crim. L. 34. ff. de R. I. Alex.
l. 2. consil. 203. n. 3.*

Th. XXXI.

*An quis se
ipsum ad fu-
stum percussio-
nem obli-
gare possit.*

Ultimo denique loco disquiritur, an quis semet
ipsum ad fustis percussionem obligare possit, ita, ut si
promissa non servet, fustium ictus tolerare velit, bey
Stoß-Schlägen? De quo dubitare utique licet, cum
nemo sit membrorum suorum dominus, *l. 13. ff. ad L. A-
quil.*

quil. nec pactum validum habeatur, quod alterum ad delinquendum inducit. *l. 27. §. 4. ff. d. pact. l. 7. §. 7. eod. Veruntamen, cum cuilibet juri suo, quo injurias illatas ferre non cogitur, renunciare sit permiffum, l. 29. C. d. pact. cap. 5. X. de renunc. & per ictum fustis membrum nemini auferatur neque diminuatur; præterea quisvis ad carceres semet obstringere, & sic totum corpus alterius arbitrio mancipare queat. Berl. p. 2. concl. 27. n. 9. merito dicimus, obligationem hanc ad fustium ictus sustinendos juri non esse contrariam, nec in se improbandam. Quod si verò promittens tempore percussionis ictus pati nolit, sed percutienti resistat, executioni pactum dari vix poterit, cum sic occasio præberetur delinquendi, contra *l. 26. d. V. O. & omne pactum, quod potestatem alteri confert, propria autoritate quid faciendi, tacitam hanc conditionem continet, nisi alter restiterit. Vid. Brunnem. ad l. 3. C. d. pignor. Illustr. Stryck. Disp. d. alapa. cap. 3. n. 8.**

Th. XXXII.

Hæc quæ de fustium & flagellorum ictibus quoad causas civiles jam dicta sunt, non possumus non quædam de *Flagellantibus* seu Flagellationum more, quæ hodie apud Pontificios obtinet pauca adjicere. Morem istum antiquissimum esse, historiarum monumenta declarant. Uti enim Carol. du Fresne in *Glossar. Latinic.* ex Odorico Reinold. *ad ann. 1260.* refert: Eodem anno multa millia *Flagellatorum* prodierunt in mundum, dicentes, hominem ab omnibus peccatis absolvi, si in tali secta per unum mensem versaretur. Floruit quoque alia secta ejusdem appellationis sub annum 1349.

Fr 2.

Fratrum nempe *Flagellatorum*, qui nulla populi vel ecclesie auctoritate publicam poenitentiam suscipiebant. Hi vexillum Domini cum crucibus ante se portantes, & Ecclesias bis in die intrantes, se omnibus vestibus nudabant; solis pudendis honestè velatis, & seipso ante & retrò, sed præcipuè in scapulis, cum flagellis coreaciis aculeos ferreos in extremis nodis habentibus dure percutientes sanguinem proprium excutiebant, & sic seipso flagellando cantilenas Deo canebant. Nunquam etiam dormiendo pernoctarunt in illo loco ubi pridie quieverunt, & nullus scire potuit, qui sectam hanc inchoaverit, quam tandem Clemens VI. P. P. interdixit: Ita narrat Carol. du Fresne *cit. loc.* in simulque Scriptores recenser, hac de re agentes, imprimis Continuatore Nangii, qui complures horum Flagellantium regulæ articulos latine exaratos, nec non cantus ipsos vernaculos, seu gallicis versibus compositos, quos, dum se flagellarent, concinebant, referre dicitur. A qua tamen societate alia quædam militaris turma, nomine *Flagellatorum*, circa annum 1411. in Thuringia notorum, penitus distat, quippe quæ armorum vice *flagella* rustica deferebat, & triticeas messes passim deterebat, hinc Germanis *Flegeler* vocata, de qua Carol. du Fresne ex Historia Landgraviæ Thuringiæ quædam adducit, *Gloss. Latinit. verb. Tritæ*. Sed quod ad priores illos Flagellantes attinet, novimus, in hodiernum usque diem servari more institutum in terris pontificiorum, ut in die passionis dominicæ quidam peculiari devotione ad hoc perducti, publice in ecclesie conspectu semetipso flagris acerrimè

fe-

feriant & per id remissionem peccatorum à Deo impetrare firmissime sibi persuasum habent. Quid vero de hac sui ipsius carnificina statuendum sit, purioris fidei Doctores nostrates solidissimis ex scripturarum sacrarum fonte petitis argumentis demonstrant. Quin & ipsorum Pontificiorum monumenta, quæ Augusta Taurinorum in palatii bibliotheca asservantur, non quaquam dissimulant, ritum istum flagellationum publicarum ad spectaculum potius fieri, quàm ex sincero dolore proficisci, veluti annotat Johannes Mabillon in Museo Italico, cujus excerpta exhibent Acta Erudit. d. anno 1687. m. Nov pag. 593.

CAPUT III.

^{Des} ICTU FUSTIVM

ratione causarum criminalium.

Th. I.



Descendimus nunc ad caput tertium disputationis nostræ, consideraturi Ictus fustium, quatenus hi poenæ loco infliguntur, atque ipsius hujus poenæ naturam seu atrocitatem. Cum autem ictus fustium atque flagellationem synonyma esse, ^{supr.} *Differentia flagellationis & ictus fustium.* cap. I. thes. X. dixerimus, idcirco hoc capite in quibus differant, atque diversum illorum usum paucis monebimus, pluram dein de fustigatione, quæ hodie usitata est, commem-

F

mo-

morantes. Notandum itaque, quod *Ictus fustium* gravior sit pœna quavis pœna pecuniaria. *L. 10. §. fin. ff. de pœn. L. 3. Cod. de Sport.* Cui rectè ad stipulatur Menoch. *cas. 305. n. 11.* contra Mascardum, qui tract. *de probat.* pœnam hanc levem vocat, adeoque inter illam atque pœnam pecuniariam nullam esse differentiam statuit. Fustium autem de Jure civ. levior est castigatio, quam flagellorum: Nam fustigatio ad modicam coercionem refertur, flagellatio vero ad atrocissimam & servilem. *L. 7. §. 2. ff. de injur.* Hinc Callistratus in *l. 7. ff. de pœn.* varias species, quibus corpus coeretur, enumerans, *fustium* pœnam *ADMONITIONEM* vocat, illique opponit *flagellorum castigationem* & *vinculorum verberationem*. Et Ulpianus *Emendationem* appellat eam, *quæ fit aut verbis, aut FVSTIVM castigatione*, in *l. 9. §. 3. ff. d. offic. Proc.* Vid. Gothofr. ad *L. 12. ff. de Jur. sif. & L. 6. ff. de Usufruct.* Atque hinc ex quibus causis liberi fustibus castigabantur, ex iisdem servi flagellis cædebantur. *L. ult. ff. de injur. & L. 10. l. 28. §. 2. ff. de pœn.*

Ictus fustium gravior est pœna, quavis pœna pecuniaria.

Th. II.

Quacunque verò ratione inferatur hæc pœna, sive flagellis, sive fustibus, aut etiam virgis, inter criminales est referenda, teste Carpov. *pr. crim. qv. 102. n. 84.* cum corpus affligat & ad publicam satisfactionem spectet. Pro capitali verò habenda erit minimè, quia per illam vita naturalis non adimitur.

Est pœna criminalis, sed non capitalis.

Th. III.

Et quidem legibus civilibus introductam esse hanc pœnam, atque in Imperio nostro hodiernum infligi maleferia-

leferiatis ac delinquentibus solere, in propatulo est. An
 verò juri quoque canonico conveniat, adeoque cleri-
 cis indici queat, ex eo dubium videtur, quod sacri ca-
 nones ab omni profusione sanguinis abhorreant, adeò, ut
 nemo clericorum sententiam sanguinis proferre, quin
 nec consilium aut patrocinium in tali causa præstare, nec
 literas dictare, vel scribere possit, quæ ad vindictam san-
 guinis pertinent. *cap. 9. ne cler. vel Monach. secul. negot.*
 Quoniam clerici electi sunt ad ministeria salutis, unita-
 tis & mansuetudinis. *can. 29. caus. 23. qv. 4. in fin.* Verum-
 tamen fustium ictus atque verberationem mansuetudi-
 ni juris canonici non penitus repugnare, ex variis con-
 ciliarum decretis constat. Concilium enim Matisco-
 nense *2. can. 1.* rusticum, vel servum, qui diem domini-
 cam violarit, gravioribus fustium sictibus verberari
 jubet: Et Concilium Agathense *can. 38.* Clericum aut
 monachum sine commendatitiis vagum, si verborum
 inreparatione non emendetur, etiam verberibus coer-
 ceri, statuit. Quin & subdiaconum calumniatorem of-
 ficio privatum & verberibus publicè castigatum, in exi-
 lium deportari, præcipit Gregorius in *cap. 4. X. d. rapt.*
 Cum hac tamen moderatione flagellationem fieri debe-
 re, ne flagella in vindictam sanguinis transeant, inculcat
 Pontifex, *d. cap. 4. d. rapt. h. e.* prout Gonzalez expo-
 nit *ad d. c. 2. d. calumni.* ne sanguinis effusio inde se-
 quatur. Ob quod ipsum certus plagarum & ictuum
 numerus in flagellatione est statutus, de quo infra.
 Hoc igitur moderamine servato Episcopus non prohi-
 betur, verberibus punire etiam in ordinibus constitu-
 tos, ut tamen illa per alium infligantur, *can. 25. dist. 86.*

Quæ ratio?
 jure canoni-
 co obtineat?

Inferiores tamen Episcopo Pralati, manibus quoque propriis verberare posse delinquentes, colligitur ex *can. 8. dist. 45. & can. fin. dist. 35. Præpos. loc. supr. cit.* Atque in hac flagellationis pœna, uti in multis aliis, Pontifices Judæorum mores confectatos fuisse probabile viderur; In Synagogis quippe veterum Judæorum flagellatio olim usitata non erat, cum & Archisynagoga nulla potestas judiciaria, tam criminalis, quam civilis, sed saltem excommunicatio competeret. Subsequentibus postea temporibus flagellatio in ejus locum successit, prout latius demonstrat Campejus Vitringa in *Archisynagog.* cujus contenta exhibent Acta Erud. d.

*Fastium sicut
Judæorum
Archisynago-
ga re-
cepta.*

*Clericus se-
met fastium
suis spon-
te submitte-
re nequit.*

An. 1686. mens. Maj. p. 237. Carcerum, utut Clericus, si promeritus fuerit, verberibus affici possit, eidem tamen seditibus fastium sener ad satisfactionem offensæ sponte submittere, sub pœna excommunicationis interdicitur, *cap. 3. x. d. sent. excom.* cum privilegio in favorem totius clericorum ordinis concessio, unus renunciare nequeat. *d. l. 1. §. 1. d. 1. §. 1. d. 1. §. 1.*

*Fastigatio sic
vel publicè.*

Quantum ad mores hodiernos attinet, pœnam hanc fastigationis etiamnum obtinere, & crebrius infligi, quotidiana experientia demonstrat. Hancigitur pœnam, quæ communiter *FASTIGATIO* vocatur, paulo uberius illustraturi, dicimus, quod illa reo infligatur vel publicè, vel privatim in carcere. Publice ita executioni datur, ut reus ad pœnam istam condemnatus prius numellis sistatur, deinde per carnificem superiore corporis parte denudetur, (ut apud Romanos flagel-

gellationis reos nudo corpore affectos fuisse, notavi-
 mus supra *cap. 1. ib. 6.*) post à curia seu loco ubi iudicium
 celebratur, per forum atque plateas usque ad portas vel
 ulterius pro consuetudine locorum virgis cædatur. Li-
 cet autem certus fustigationis gradus non detur, & hinc
 plerumque pœnam hanc simpliciter & sine additamen-
 to indicere soleant Scabini, hac formula. *Dasß Inqui-*
sit mit Staupenschlägen des Landes ewig zuverweisen:
 attamen iudicem pro ratione circumstantiarum & deli-
 cti qualitate, fustigationem vel severiorem vel mitiorem
 decernere posse, non dubitat. *Carpz. prax. crim. qv. 129. n. 22.* Quod & apud veteres factum, & plumbeos no-
 dos interdum flagellis additos fuisse, unde *plumbata-*
rum verbera dicta sunt, ex *L. 2. Cod. de exact. tribut.*
 constat, de quibus *supr.* jam plura diximus. *Quin &*
 nonnullis in locis adhuc hodie id observatur, quando
 aculei ferrei inseruntur virgis, si nempe delictum adeo
 atrox vel iterato fuerit commissum, ut pœna exaspera-
 tionem mereatur, aut tale ferè ob quod mortis pœna
 dictari soleat. *Cautè* tamen hic procedendum
 iudici, atque pœna hæc ita temperanda est, ne
 delinquentis vitæ noceatur, ut monet *Carpz. qu. 129. n. 23.*
 Id enim expressè jubet sacratissimus Imperator &
 conditor Constitutionis Criminalis, & citra mortem
 delinquentem fustigatione punire jubet, *art. 196. verb.*
Welche Person an ihrem Leib oder Gliedern peinlich ge-
strafft werden soll, dasß sie dennoch bey dem Leben bleiben
möge. Nam & jure civili sancitum, ne ea pœna damna-
 ri quem oporteat, ut verberibus necetur. *Vlpian. in l. 8.*
§. 3. ff. d. pœn. Et sanè ipsi sacri Canones pœnam hanc mode-

Eaque vel se-
verior vel
mitior de-
cerni potest.

Hinc inferi
solent virgis
aculei ferrei.

In hac pœna
caute proce-
dere debet
Judex.

*Modus in
fustigatione
servandus.*

randam putarunt, atque hinc certum ictuum numero-
rum præscripserunt, ut nim. una vice triginta novem
ictus tantum Reo inferantur, uti sancitum in Concil.
Matiscon. 1. can. 8. Idque Legi divina consonum esse
novimus ex *Deuter. cap. 25.* ubi Deus ita edicit: *mensura
peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat, ut qua-
dragenarium numerum non excedant, ne factè laceratus
ante oculos tuos obeat frater tuus.* Et hinc est, quod D.
Paulus II. *ad Corinth. cap. 11.* inquit: *A Judæis quinquies
quadragenas plagas unâ minus accepi.* Judæi enim veri-
ti, ne, si quadragenarium numerum completerent, obli-
vione forsân, vel impetu animi quandoque excede-
rent, in more habebant, non nisi triginta novem ictus
infligere, teste Josepho *lib. 4. antiq. cap. 8.* Et Chry-
sostomus rationem hujus moris sequentibus verbis red-
dit, *Homil. 25. in Epist. 2. ad Corinth.* *Quare unâ minus
prisca lege sancitum erat, ut si quis plus quàm quadra-
ginta verberum ictus accepisset, infamis apud ipsos esset,
itaque ne verberantis impetus hunc numerum in infligen-
da pœna excedens, ignominie notam reo faceret, præ-
scriptum est ab illis, ut ei, qui vapularet, undequadra-
ginta tantum plage inurerentur.* Vid. Gonzalez. *ad cap.
1. X. d. calumn. n. 13.* Eadem quoque plagas numerandi
ratio apud Saxones antiquos recepta videtur, ne vide-
licet in castigando modus excedatur: Ita namque in
Speculo Saxonico de præcone, qui judicem pro suo ju-
dicio neglexerat, dispositum legimus: *ut maldratam
pro mulcta præstet, quæ in triginta duobus viridis virgæ
quercine duorum cubitorum longitudine verberibus nosci-
tur comprehensa, uti verba textus latini habent, Id est,
juxta*

juxta germanici authentici literam in *Ländr. lib. 2. art. 16.*
 Wenn der Fronbot dem Richter wettet/ umb daß er je-
 mand's an seinem Gericht verfeumet hat/ so wettet er dem
 König sein Walder/ das sein *XXXII. Schläge* mit einer
 grünen Gerten/ die zweyer Dammelen lang sey/ five, ut
 Glossa germanica id explicat *lit. 9. ibid.* das ist zweyer
 Elbogen. Denn eine Dammelen ist soviel als eine hal-
 be Ellen/nemlich vom Elbogen bis an den Ballen des
 Dammens gerechnet/da die Hand und das Förder-Theil
 des Arms zusammen stoßen. Verum hanc ictus nume-
 rationem in fustigatione tantum, quæ baculo peragi-
 tur, non in verberatione, quæ virgis fit, adhibitam fu-
 isse, putat Carol. du Fresne in *Glossar. latin. verb. Flagel-*
latio. Ita tamen ut in virgarum castione quoque mensu-
 ra & discretio non fuerit neglecta: id quod verbis E-
 dicti Carisiaci, de Anno *861.* probat, in quo *can. 1. virgæ*
minutæ ictibus opponuntur, & jubetur, aut ictibus,
prout viderit competere, aut minutis virgis cum ratione
& discretionem castigare. Et id hodiernum rectissimè ob-
 servatur. Nec enim Carnifex potestatem habet, pro-
 hibitu reum verberare, Lindenbrog. *ad tit. Cod. si quis*
Imper. maledix. fol. 55. Sed hac in re iudicis mandatum
 sequi debet, qui pro ratione circumstantiarum, natura
 delicti atque personæ delinquentis conditione, quis mo-
 dus in verberando servandus sit, determinare solet. At-
 que modus iste nonnunquam in ipsa sententia exprimi-
 tur, ita nimirum, ut si rigidiores plagæ ob enormi-
 tatem criminis inferendæ sint, pronuncietur: Mit ziem-
 lichen Staupenschlägen des Landes ewig zuverweisen/
 Tabor. d. *Stellion. pag. 34.* Uti è contrario, si verbera-
 miti-

mitiganda sint, illud quoque adjiciatur: quod in primis circa foeminas quæ infantes lactant attenditur, & moderatio in verberando injungitur, ne alimentacioni infantis quid subtrahatur; hinc verba sententiæ ita concipiuntur: Jedoch ist im Streichen eine solche Masse zu halten / Damit dem säugende Kinde an seiner Nahrung kein Abbruch geschehe. *Carpzov. Pr. Crim. qv. 21. n. 24.*

Th. VI.

*Fustigatio
etiam sit
privatim.*

Privatim deinde nonnunquam in carcere poena hæc fustigationis infligitur, si justa & rationabilis causa, mitigationem suadeat. Peragi autem hæc solet virgis, & delinquentes non per carnificem, sed per lictorem sive carceris præpositum, Germ. *Stoßmeister* / virgis coercentur, quod aliàs vulgò vocari solet einen *Stoß Schilling* geben. Quam castigationem interdum relegatio vel perpetua, vel temporalis, interdum etiam nulla-

*In quibus
privata fu-
stigatio lo-
cum habeat.*

plane sequitur. Poena autem hæc locum habet in impuberibus ob crimen atrocius commissum, de quibus tamen spes emendationis concipitur. Nec non in adultis, si ad fustigationem publicam perveniri nequeat, relegationis verò poena non sufficiat. Vid. *Carpz. prax. crim. 1. qv. 129. n. 26. §. 27.* Doebler von *Stoß Schilling pag. 729. ibique citi* Excellentiss. Dn. D. Adrian. Beier. *de Execut. execut. crim. c. 1. §. 14.*

Th. VII.

*Fustigationis
poena infam-
mat.*

Fustigationis hæc poenam valde gravem esse, jam supra asseruimus, cum non solum exquisitos corpori dolores, sed & irreparabile existimationis damnum inferat, uti communiter ferme DD. statuunt. Sicenim cum plura de hac poena dixisset *Besold. thesaur. pract.* hæc

hæc tandem subjicit : *Gravis est hæc pœna, quod exinde dignoscitur, quia si quis ad fustigationem condemnatus fuerit, procurator pro eo non admittatur, quemadmodum pro condemnato in pœnam relegationis, pro quo tamen, secundum magis communem opinionem, procurator admittitur.* Et Farinac. *quæst. crim. qu. 19. n. 29.* pœnam hanc propter gravem, quam infert, infamiam, non nisi pro turpibus & infamatoriis delictis irrogari solere asserit. *arg. L. 22. ff. de his qui not. infam. cum quo plane consentit Bajardus in annotat. ad Clar. §. fin. qv. 70. n. 3.* Vid. Ludov. *in decis. Lucens. a. n. 24. part. 1. Marcantia in spec. aur. fol. 28. n. 5.* Imò pœnam hanc cum vitæ periculo conjunctam esse, ait Oldenk. *contra Carpz. pag. 235.* Et Menoch. *de arbit. Jud. quæst. lib. 1. qv. 80. n. 41.* pœnam hanc ex eo, quod infamat, mœrti æquiparat. Utut autem ille loquatur saltem de pœna mitræ, idem tamen esse in pœna fustigationis, monet Farinac. *cit. loc.* Vid. Lindenbrog. *ad tit. Cod. si quis Imper. maledix. fol. 55.*

Th. VIII.

Verùm enim verò hanc sententiam cum limitatione accipi debere, certum est. Nimirum fustigationem non semper infamiam irrogare, sed tum demum, si imponatur ob grave delictum & in executionem sententiæ condemnantis ad hanc pœnam. *Clar. §. fin. qv. 70. n. 2.* propter *L. 14. Cod. ex quib. caus. infam. irrog.* ubi Gordianus Imp. Joviano ita respondet : *Nullam existimationis infamiam avunculus tuus pertimescat ICTIBVS subjectus, ob crimen questione habita, si sententia non precescit, ignominie maculam irrogans.* Quæ

*Si irrogetur
ob delictum
famosum.*

sententia juri digestorum quam maximè congruit, uti Marcellus habet in *l. 22. d. his qui not. infam.* quando gravissime scribit: *ICTVS FVSTIVM infamiam non importat, sed causa, propter quam id pati meruit, seca fuit, que infamiam damnato irrogat.* Scilicet duplex jure Romano finis fuit fustigationis: primo. ob delictum commissum in pœnam infligebatur: deinde quando tortura instar ad indagandam veritatem adhibebatur, ut ex *Act. Apost. c. 22.* constat. Atque hoc posteriori casu quia fustigatio nullum delictum à fustigato commissum præsupponit, neque sententia desuper lata fuit, solus fustium ictus, minimè infamat, sed si is in quæstione negare perseveret, absolvendus erit accusatus & inquisitus. *L. ult. ff. de calumniat.* Idem dicendum, si quis ob levius aliquod delictum, v. gr. ob arma contra prohibitionem gestata, aut etiam sine processu & sententia præviâ gravissimæ huic pœnæ fuerit subjectus. *Coras. lib. 1. miscell. cap. 6.* Cujus exemplum exhibet *Richt. Vol. 5. cons. 22.* in pistore Halberstadiensis militares panes haud justî ponderis & bonitatis coquente, qui propterea per milites violenter abreptus & coram militari judicio summariter responderè coactus absque ulla sententia, ab incompetente planè judice, posthabita omni provocatione ad fustium ictus condemnatus fuerat, quem tamen ob id famæ jacturam non incurrisse, nec à collegio pistorum excludendum esse, à pluribus dicasteriis fuit responsum. Cæterum dignioribus, militibus in primis ac nobilibus, pro fustigatione manus amputatio dictari solet. *Carpz. Pr. crim. qv. 129. n. 38.* Vide plura apud *Brunnem. ad d. l. 14. Cod. ex quib. caus. infam. irrog.* § *L. 16. cod.*
Quia

Nimirum quia prædicto modo poena hæc fustigato ple- Nobiles po-
na fustigati-
one affick
non debent.
ramque infamiam infert, hinc non nisi vilibus personis,
minimè verò Nobilibus imponenda est, ut sentit Besold.
thesaur. pract. Ludov. dec. 1. n. 23. Limnæus in Jur. pub.
lib. 6. c. 4. n. 66.

Th. IX.

Ex his jam sequitur, quod is, qui ob turpe com- Fustigatio
non potest
esse testis.
missum crimen fustigatione punitus fuit, haud possit
ad testimonium admitti, cum notum sit, jure civ. infamia
Juris laborantem, inhabilem esse ad testificandum. *cap.*
54. de testibus. L. 3. §. 5. L. 18. ff. d. tit. Vid. Campeg. de te-
stibus. reg. 29. Et Crot. rr. de testib. cur infamis ad testi-
monium non admittatur, hanc reddit rationem, quia
facilius quis repellitur à testificando, quam accusando.
cap. de cætero. X. de testib. jam verò infamis, infamia ju-
ris repellitur ab accusando L. 8. ff. de accusat. ergo multò
magis repellitur à testificando. Neque in causis matrimo-
nialibus infames testes esse posse, refert Menoch. de ar-
bitr. Jud. qu. 27. quia matrimonium refertur inter cau-
sas graves, atque in matrimonialibus exiguntur testes
omni exceptione majores. Ruin. Consil. 30. n. 7. Qua-
tuor tamen in casibus ad testimonium infames admit-
ti tradit allegat. Menoch. Primò in crimine læsæ Ma-
jestatis. Secundo, cum infamia alterius est detegenda.
Tertio, si à Superiore fuerit dispensatum. Quarto,
in subsidium cum tormentis. L. 29. ff. de pen. vid. etiam
Farin. qu. 56. n. 27. qui plura de hac re.

Th. X.

Explorata jam natura hujus poenæ, paucis etiã
vide-

quibus
ob quas caus
sar iure Rom.
pana susti
gationis im
posita erat.

videbimus personas atque delicta, ex quibus criminofsi jure Romano fustibus caesos esse constat. Nimirum poena fustigationis locum habebat in liberto, qui Patronum suum contemserat, aut ipsi convitia dixerat. *L. 1. §. 10. ff. de offic. Praefect. urb.* Nec non eis, qui negligentius ignem habuerunt. *L. 3. §. 1. de offic. Praefect. vigil.* Hac poena porro afficiebantur calumniatores. *L. 16. Cod. ex quib. caus. infam. L. 13. infm. ff. de Jurejur.* Item fervi, qui atrocem injuriam fecerant absente Domino. *L. 9. §. 3. de injur. L. 17. §. 2. cod.* Et in *L. 117. Cod. Theod. de Decur.* certa exprimuntur delicta, ob quae delinquentes ictibus plumbatarum poterant subjici: si scilicet quis decoctor pecuniae publicae, vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactionibus fuerat inventus. Gothofr. *ad d. l. quem vid. latius.* Plumbatarum quoque verberibus coerciti sunt ei, qui haereticos in fundo suo morari passi fuerant. *L. 40. Cod. Theodof. de Heretic.* Ib. *si haereticorum imprimis Manichaeorum ceterus in fundo habeantur domino ignorante, Actor vel procurator possessionis coercitus plumbo, perpetuo metallorum operi deputetur.* Nec minus illum, qui relicto Principatus officio, quod gerebat, Senatoriae dignitatis nomen ambiit, propriae redditus militiae plumbatis coercere jubet *L. 14. Cod. Theodof. de Cohortat.* Iure Justiniano adultera etiam virgis caesa in monasterium detrudebatur. *Nov. 134. c. 10.* Et tandem poena hac fustium affecti sunt milites, qui agmen excedebant, vel ex acie fugerant, cujus rei testis est Modestinus Jureconf. *in l. 3. §. 16. ff. de re milit.* Quod supplicium quomodo per-

peractum fuerit; vide apud Rhodig. *lib. 10. antiq. cap. 5.*
 Erat quoque aliud fustigationis militaris genus, quod
Vite fiebat. *Vites* nimirum centurionum & aliorum
 militiae ducum insignia habebantur, quas Græci *παβδσς*
 vocabant; nostrates eimen *Commando-Stub* appellant;
 atque hac vite milites nonnunquam feriebantur, quod
 honestius erat, quam si à carnifice percuterentur. Qua
 de re Juvenalis *Satyr. 8.* *Nodosam posthac frangebat*
vertice VITEM; si lentus pigra muniret castra dolabra.
 Et Apulejus *lib. 9. de aur. asin.* *Militem* scribit, *majus*
in suam perniciem advertit efferari, jamque inversa
VITE de vastiore nodulo cerebrum dissindere. Vid.
 Gothofr. *ad l. 13. §. 4. ff. d. re milit.* Add. Liv. *lib. 17.* Plin.
lib. 14. c. 1. Patricius *d. regno. lib. 3. tit. 4. in fin.* Quomo-
 do poena hæc bellica hodiè in militibus nostris obser-
 vari solet, dicturi sumus infra.

Th. XI.

Erant tamen jure romano nonnullæ personæ ab hac fustigationis poena immunes. Scilicet cives Romani. *L. 6. ad L. Jul. de vi pub. Act. 29. v. 25.* idque ex Legge Porcia, quæ virgâs ab omni Civium corpore remove-
 rat. Cic. *pro Rabirio.* Liv. *lib. 1. Decad. 10.* vid. Gothofr. *ad L. 7. ff. de pæn.* Excepti etiam reperiuntur Decuriones & filii eorum. *L. 5. C. ex quib. caus. infam. irrog. L. 9. C. de pæn. L. 9. §. 12. eod.* Quod & asseritur in *L. 30. Cod. Theod. de Decur.* Ib. *Omnis ordo curialis à tormentis his, quæ reis debite sunt, & ab icibus plumbatarum habeantur immunes.* Generatim quoque omnes ingenui hac poena affici non poterant, ut refert Ruper-
 ti *Libri. cap. 1. diff. 2. § 10. ad Valer. Maxim.* Quo cum con-

Qui à poena fustigatio: Jure Rom. immunes erant.

sentit *L. 21. Cod. Theod. de Hæret.* Et Seneca in *lib. de clemencia.* refert, equitem quendam Romanum, quia filium suum flagellis ceciderat, ferè à turba in foro graphiis confossum fuisse, indignum facinus existimante populo, serviliter à patre ingenuum filium tractari.

Th. XII.

In quibus autem delictis hodiè poena fustigationis locum habeat & dictari soleat, certa quædam regula definiri nequit. Refertur enim hæc poena inter arbitrarias, quæ pro ratione circumstantiarum in quolibet ferè elicti genere, pro arbitrio iudicis inferri potest. Ziegl. *d. Jur. Maj. lib. 1. cap. 49. §. 39.* Sequentia tamen crimina ex Carpz. aliisque DD. collecta, hic breviter recensere operæ fortassis erit pretium. Poenam nimirum fustigationis meretur (1) ille, qui veneno. damnum inferre vult corpori, cujus tamen effectus non sequitur. Carpz. *prax. crim. p. 1. qv. 21. n. 44.* (2) Is, qui alterum percussit, vulnere quidem à medicis pro lethali non habito, si tamen nihilominus vulneratus moriatur. Carpz. *qv. 26. n. 3. 5. 15. & seqq.* Ilustr. Dn. Stryck. *de Jure Senf. diff. 1. c. 3. n. 19. & 20.* (3) Si omiſsa fuerit inspectio cadaveris occisi, aut adhibita ea, sed minus rectè atque legitimè, licet chirurgi deponant vulnus lethale fuisse. Carpz. *qv. 45. n. 73. & seqq.* (4) Fustigationis poenam incurrunt & ei, qui lata culpâ per ebrietatem incendio causam dederunt. Idem *qu. 39. n. 37. 38. seqq.* (5) Qui in moderamine inculpata tutelæ excessum committens aggressores occidit. Carpz. *qu. 30. n. 27. seqq.* Nec non *qu. 35. n. 33.* (6) Quod & locum habet in homicidio culposo, quando lata culpa quam proximè accedit ad dolum. vid. Petr. Theodor. *Judic. crim.*

In quibus delictis hodiè poena fustigationis meretur.

crim. c. VII. aphor. 7. Lit. c. Carpz. qu. 17. per tot. ferme.
 (7) Idem obtinet in illis, qui monetam justum pondus
 excedentem radunt & mactant. *Carpz. qu. 39. n. 42. seqq.*
 (8) Jure Sax. fustigatur soluta, quae cum marito adul-
 terium commisit. *Constit. Elect. 19. §. darliber aber //*
part. 4. & §. es soll aber. (9) Itemque vir solutus cum
 uxore nupta jam ante stuprata, ac meretrico more vi-
 vente adulterium committens. *Carpz. qu. 57. n. 24. seqq.*
Berlich. part. 4. conclus. 27. n. 88. (10) Eadem poena affi-
 citur rusticus vel alius quispiam vilis conditionis homo,
 si puellam nobilem stupraverit. *Carpz. qu. 169. n. 44. seqq.*
 (11) Haec poena constituta quoque est Lenonibus atque
Lenis. Ordin. crim. Carol. V. art. 123. (12) Similiter poe-
 na haec tenet maritum, qui uxorem, & parentes quilibet
 propter turpem quaestum prostitui permittunt.
Constit. Elect. Sax. 29. p. 4. (13) Ut & illos, qui stuprum
 violentum propter ebrietatem vel aliud impedimen-
 tum perficere non potuerunt. *Carpz. qu. 75. n. 62. seqq.*
 (14) Nec non Sodomitas, qui nefandum hoc delictum
 ob impedimentum non perfecerunt. *Idem qu. 76. n. 61.*
 (15) Poenam porro fustigationis meretur quilibet Chri-
 stianus, Judaeam carnaliter cognoscens & vice versa. *Idem. d. qu. n. 66.* (16) Fures quoque qui ablatum resti-
 tuunt, neque utilitatem exinde perceperunt. *Carpzov.*
qu. 80. n. 18. seqq. Etiam si dominus plurimam partem
 rei furto ablata iterum acceperit. *Idem. qu. cit. n. 23. §.*
24. It. Si plures socii fortum commiserint, atque u-
 nus ex illis tantummodo deprehensus. *ibid. n. 28. §. 32.*
seqq. vel si furem poenituerit atque ablatum restituat.
d. qu. n. 18. vel si fur cum domino super damno dato
 tran-

transegerit eique satisfactionem præstiterit. *d. qu. n. 80. 88.*
In farto denique frumentario, si certa summa frumenti
ablati definiri nequeat, secus si certò de quantitate
frumenti ablati constet. *d. qu. n. 41. & 42.* Ex eadem
ratione Carpz. furum trituratorum pœnam non suspen-
dii sed fustigationis esse, memorat, *d. qu. n. 43. 46. 47. (17)*
Sacrilægum quoque pro ratione circumstantiarum, si
nempe pro reo vel famis necessitas, impubertas, con-
siliij inopia, aliave exceptio prægnans militet, ab ordi-
nario supplicio rota liberari, ipsique fustigationem
cum perpetua relegatione injungi debere, suadet cit.
Carpz. *qu. 89. n. 61. seqq. (18)* Hæc pœna fustigationis ad-
hibetur quoque in crimine suppositi falsi partus, aut
si quis infantem lucri causa bis baptizari fecerit. Carpz.
qu. 93. n. 27. seqq. (19) Huc pertinent falsi pro-
curatores & prævaricatores, qui dolo malo prodita cli-
entum suorum causa, siue civilis hæc fuerit, siue ca-
pitalis, diversam partem adjuvant, proprias probatio-
nes dissimulant, causam adversariis donant, falsas exce-
ptiones probationes & similia admittunt, eosq; in lite vin-
cere, quibus superiores esse poterant, patiuntur. *L. 1. §. 1. ff.
ad Sclum Turpill. L. 1. ff. de Prævaric. Carpzov. qu. 93. n. 48.*
(20) Nec ab hac pœna immunes sunt iudices, quando
dolosè & ex proposito falsò judicant & injustam senten-
tiam ferunt. Carpzov. *d. qu. n. 52. 53. & 56. (21)* Pœnam
pluries memoratam expectare habent quoque falsarii
mendicantes, qui in literis mentiuntur casum fortui-
tum incendii, morbi & simile quid, ut eo facilius ho-
mines decipere possint. Coler. *p. 1. dec. 179. n. 3.* Carpzov.
d. qu. 93. n. 72. seqq. (22) His accedunt etiam pasquillantes
&

& famofam libellum conferentes, ut utrum verum fit, quicquid in fcriptis his continetur. *Conftit. Elect. Sax. 44. §. fin. part. 4. (23)* Il quoque, qui contra Magnates atque Principes, vel eorum confiliarios, atrocēs injurias protulerunt, poena fuftigationis afficiuntur. *Carpz. qu. 94. n. 44. feqq. (24)* Nec non ille, qui feriofam folutamque carnaliter cognofcit. *Berlich. part. 24. cancl. 37. n. 2. §. 3. Carpzov. p. 4. conftit. 26. def. n. §. 2.* Cui fimilis eft ille, qui dormientem vel inebriatam mulierem ftupravit. *Clar. lib. 5. fent. §. ult. qu. 60. n. 13. verſ. quero v. 2. (25)* Soluta mulier maritum de adultērio cum ipſa commiſſo accuſans, fuftigatione punitur. *Carpzov. qu. 94. n. 44. feqq. §. 2. qu. 98. n. 42. (26)* Illi, qui punitorum vel fuſpenſorum cadavera ſpoliant. *Conftit. Elect. 34. p. 4.* Qui autem non veſtes, ſed pecuniam ſaltem alijs veſtes in veſtibus occultatas ſurripiunt, ad eos hæc poena ceu rigorofa non extendenda eſt. *Carpz. qu. 83. n. 62. §. 63. (27)* Quo pertinent & illi, qui dolo malo fines, terminos atque limites eruant vel amoveant. *Ord. Crim. art. 144.* præſertim ſi qualitas hujus delicti haud ſit exigua. *Carpz. qu. 83. n. 67. 71. feqq. (28)* It. Liberi parentibus impijs manus inferentes, ſi injuria ſit gravis & atrocis; ſi vero verbatis fuerit, carcere ſaltem vel relegatione puniuntur. *Carpz. qu. 100. n. 36. feqq. §. n. 44. (29)* Demum poena hæc locum habet in perjurio, quod adipiſcendæ pecunie & lucri faciendi cauſa commiſſum: nec non, quando quis Urphedam rupit. *Vid. Perilluſtr. Dn. Baro de Lyncker. dec. 179. §. in analect. lib. XLVIII. tit. 19. pag. 513.* Quo ultimo caſu fuſtigatio nonnunquam cum abſiſſione digitorum cumulari ſolet, *Carpz. qu. 132. n. 22. 25.*

qui tunc
a rati
cauſa hæc
no inqum
de dant
quod per
dij. §. ſic
reſponſo
miſſum

Fuſtigatio
cum abſiſſi-
one digito-
rum cumu-
lari poeſt.

67. 672. Plura de hac fustigationis poena videre licet in Döbler. *Theatr. poenar.*

Th. XIII.

Pena fustigationis apud milites quoque usitata, & dicitur, durch die Epf. Ruthen lauffen.

Milites. quod concernit, nequaquam isti à fustigatione excludi, supra diximus, licet hæc non per carnicem, sed vel per unum ex inferioribus officialibus militaribus, vel per commilitones & reliquos gregarios milites inferatur. Quemadmodum enim milites proprio gaudent jure militari, ita & poenæ criminales æque ac civiles singulares in delinquentes sunt constitutæ. De civilibus nostrum jam non est disquirere: Criminales verò sunt vel capitales, vel non capitales. Illæ, quibus vita naturalis adimitur. V. g. glandis plumbeæ trajectio, vulgò *Arquebusfren.* Hæ, quæ vitæ periculum non inferunt, ut virgarum castio, daß Epf. Ruthen lauffen / alligatio ad palum, & equitatio super asino ligneo, &c. Ita tamen ut crimina militaria à communibus delictis discernantur. In illis namque ictus fustium à subofficiali, vel virgarum castio per commilitones, pro qualitate criminis vel plures, vel pauciores exercentur. In delictis verò non militaribus, milites condemnantur in fustigationis poenam communem, den *Staupenschlag.* Nonnunquam etiam, quando delictum fustigationem meretur, pronunciarî solet: *Es sey die hohe Lands. Fürstl. Obrigkeit / den Staupenschlag / in eine andere derselben fast gleiche Straff / der Epf. Ruthen / zu verwandlen befugt / wie refer. Perillustr. D. Baro. de Lyncken. dec. 196.* Quæ quidem militaris poenæ in eo à communi fustigationis supplicio differre creditur, quod illa infamiam nullam inferat, cum non à car-

à carnifice, sed commilitonum manibus inferatur.

Th. XIV.

Huic fustigationis poenæ perpetua relegatio ceu ^{Fustigatio-} necessarium consequens est adjuncta; ^{nem regulat-} *Constit. Crim. Can-*
rol. V. art. 153. Constit. Elect. Saxo. 13. 16. 18. & 19. part. 4. ^{riter sequit-}
 etiam si in quibusdam constitutionibus fustigationis tan- ^{tur perpetua}
 tumodo mentio facta fuerit. *Carpz. qu. 129. n. 17. 18. &* ^{relegatio.}
segg. In Ducatu tamen Württembergico virgis caecos non ^{Interdum}
 semper in perpetuum exilium mitti, sed interdum ad ^{temporalis}
 certum tempus solummodo relegari, memorat Lau- ^{saltem.}
 terb. *Diff. d. Assassin.* Imò, interdum simpliciter reos ^{Interdum}
 ad fustigationem condemnari, refert, ita, ut non tan- ^{plane nulli.}
 catu degere & negotiari possint. *Vol. 4. Consil. Tubing.*
non edit. p. 397. fac. 2. fore infra. Ibi: Von den Räch-
 Richter eine viertelstund an das Hals-Eisen gestellet /
 und mit Ruthen ausgestrichen werden soll: Die Lands-
 Verweisung / haben wir nicht ohne besondere *motiven*
 zu unterlassen gedacht. Et *Vol. 3. Consil. pag. 460. fac. 2. Ib.*
 Dabey wir euch jedoch erinnern wollen / diß Urthel (qua
 reus ad fustigationem condemnebatur) in dem Verstand
 zunehmen / daß beklagter des Herzogthumbs Würt-
 berg nicht verwiesen sey / sondern so wohl in seines Fle-
 schen zehenden / als sonstien allenthalben / im Land seine
 Nahrung / sein Weib und Kinder ehrlich zu erhalten und
 auszubringen / suchen und werden möge. Nonnunquam ^{Fustigationi}
 etiam fustigationi confinationem jungi allerit, secun- ^{adungitur}
 dum expressam Serenissimi Ducis sanctionem, in der ^{interdum}
 Lands-Ordnung, *pag. 194. §. wo aber jemand / & in fin.* ^{confinatio.}
 Alsobald an offnen Pranger gestellt / mit Ruthen ausge-
 hauen /

haben / in den Flecken und dessen Zwing und Bann ver-
bannet werden.

An per fustig-
ationem
solvatur
matrimo-
nium.

Th. XV. Quæritur autem, si fustigationem perpetua relegatio sequatur, an ob illam matrimonium dissolvi possit? Negativè id decidit Perillus. Dn. Baro de Lyncker. dec. 405. cum duæ saltem divortii causæ jure novi foederis pro legitimis reputentur, adulterium sc. & malitiosa desertio. Atque hinc fustigatam uxorem à mariti demortui bonis portionem statutariam petere posse, rectissime inferitur.

Quis Magi-
stratus potes-
tatem habeat fusti-
gandi seu
verberandi.

Videndum nunc cujusmodi magistratui jus verberandi seu fustigandi comperat? Apud Romanos sanè Præfectus urbi habebat jus ac potestatem reos fustibus cædendi. L. 1. §. 10. ff. de offic. Præfect. urb. Quod etiam jus sibi vindicare poterat Præfectus vigilum. L. 3. §. 1. ff. de offic. Præf. Nec non Præfes provinciæ, cum enim jus gladii haberet in sua provincia, nullum dubium est, quin & hoc jus verberandi haberet. L. 6. §. 8. ff. de offic. Præsid. Moribus nostris jurisdictionem passim distingui constat in duas species, quarum una est criminalis sive superior, sub qua comprehenduntur omnes gradus meri & mixti imperii, & Saxo: idiomate vocatur, wann die Klag auff Daut und Haar geht / quo referuntur omnia maleficia, quæ vitæ ademptionem & corporis coercitionem merentur: Altera dicitur Jurisdictio bassa & inferior, die Nieder- oder Unter-Gerichte / atque hæc ut plurimum circa successiones hereditarias, aliasque pecuniarias & civiles causas, quæ ex contractu vel delicto sua

Jurisdictio bo-
dic vel supe-
rior est &
criminalis
vel & infe-
rior.

sua natura poenam corporis non inferente oriuntur, occupata est. Ex quibus jam facile constat, poenam fustigationis pertinere ad illum, qui merum imperium seu supremam jurisdictionem habet. Gylman. tom. 2. part. 3. tit. 10. & Carpz. prax. crim. p. 3. qu. 109. n. 27. Besold. thesaur. pract. Lit. R. n. 84.

Th. XVII.

Gravior circa mitigationem hujus poenae controversia inter Jocos agitur, & disquiritur, an quilibet Magistratus fustigationem sententiâ dictatam, in aliam mitiorem transmutare valeat? De superiori quidem magistratu, veluti Principe, ambigendum non est, illum poenam, uti plane remittere, ita etiam in aliam commutare posse. De inferioribus porro judicibus idem asserit, pluries jam cit. Perillustr. Dn. Baro de Lyncker. dec. 225. Modo id fiat ex sententia Prudentum, & nisi diversum lege provinciali introductum sit, cum quo facit Carpz. pr. crim. qu. 150. n. 75. seqq. Contrarium tamen statuit Finckelth. Obs. 49. & poenas criminales, quæ corpus quidem affligunt, mortem verò non afferunt, atque sic fustigationis supplicium, Magistratus inferiores remittere seu in mitiorem commutare posse, ex eo negat, quod vasallis & magistratibus oppidanis concessa quidem sit à Superiore meri imperii administratio, non verò poenarum remissio, nec Magistratum ipsa lege clementiorem esse deceat, Nov. 82. c. 10. præsertim cum hac ratione inferiores judices sub prætextu æquitatis & commiserationis legis abrogandæ potestatem sibi sumere, aut à summi Principis legibus discedere facile possent, quod utique ipsis permittendum haud est.

Quis poenam fustigationis remittere possit.

Magistratus inferiores remittere posse.

1. *fin. C. d. LL.* Cui sententia ad stipulatur Menoch. d. A. I. Q. cas. 96. n. 10. Heig. p. 2. qv. 22. Camman. d. reg. gal. disp. 4. n. 70. Knich. d. jur. territ. cap. 3. n. 477. Diremit postmodum p. teatissimus Saxonie Elector hoc dabitur, quod circa poena hujus mutationem suboriri posset, lege publica, omnibusque Magistratibus inferioribus merum Imperium habentibus, conversionem istius poena in multa pecuniariam concessit, sub hac tamen restrictione, ut id non fiat, nisi praegnantibus cause subsint, & consultatio Jctorum praecedat, tunc quoque ut multa in nulum plane alium, quam pium usum collocetur, *Resol. gravam. d. An. 1661. tit. Von Justitien Sachen. S. 9. Vid. Ziegler. d. Jur. Maj. lib. 1. cap. 8 §. 12.*

Th. XIX.

Coronidis loco disquirendum venit, an poena haec, de qua jam plura diximus, retinenda sit in Re- publ. an potius abroganda? Multi siquidem reperiuntur tam inter Politicos, quam Jctos, qui eandem penitus improbant, ideò, quod per illam non obtineatur emendatio, sed potius ulteriori corruptioni ansa praebetur, atque sic haec poena fures non coerceat, sed magis ad furta invitet, es sey die erste Weihe zum Galgen: Excludi enim ejusmodi miseros homines ob infamiam ab omni honesto commercio & nullibi tolerari, atque sic ad latrocinia magis magisque allici, praeterea nec civibus, nec exteris hac ratione satis esse prospectum. Joh. Dauth. junior in *miscellan. quest. Jur. pub. qu. 5.* Dn. Thomas. in *Jurispr. div. lib. 3. cap. 7. n. 120.* Quae qui-

*An fustigati-
onis poena
retinenda sit
in Repub.*

quidem sententia tunc admittenda videtur, si fustigationi perpetua relegatio addatur, hac enim ratione plena libertas denuò quemvis lædendi, fustigato quasi conceditur, atque sic coercitio, tanquam primarius poenarum finis, cessat: Secus si fustigatus ad perpetuas operas condemnetur & ibi pro delicti modo afficiatur. Ob eandem hanc rationem Serenissimus Dux Württembergicus, Johannes Fridericus, glorios. mem. publica edicto anno 1627. fustigationis hanc poenam abrogavit & delinquentes illam promeritos in opus publicum damnari iussit, cujus edicti hæc verba recenset Besold. *in Thes. Pract. Lit. R. n. 24.* Wir haben aber hierinnen mehrmahl die Gedanken gefast/ ob nicht in denen Fälen und Verbrechen/ so nicht gänglich euserste Todes-Straff auf sich haben/ sondern da die Maleficanen bishero in die Hand des Nachrichters zur Fustigation, und Ruthen austreichen/ Ohren abschneiden oder dergleichen/ mit Urthel und Recht erkent/ an stat solcher Leibes-Straffen/ andere Poen zu befinden/ dadurch der Justiz dennoch ein Gnügen geschehen/ und die Verbrechen nichts destoweniger ihrem Verschulden gemäs büßen thäten: In Bedenckung/ wann der Nachrichter einmahl an einen Sünder und delinquenten Hand gelegt/ demselben kein Mittel mehr übrig/ sich und die Seinigen bey den Handwerckern redlich zuzehren/ sintemahl selbiger aller Orten gescheuet/ aufgerieben/ und dadurch fast gemüßiget wird/ daß er dem Diebswesen wiederum nachhengen/ und endlich gar dem Strick zu theil werden mus. Verum enim verò, cum non nisi in gravioribus delictis fustigatio hæc sit introducta, & iis infligi

soleat, qui perdita plaudunt vitæ: præterea non tantam
pœna, quam delictum commissum istos detestabiles &
infames reddat, atque vix aliud remedium ad coercen-
dos protervos homines sufficere censeatur, non imme-
rito pœna hæc multis in provinciis in maleficos exerce-
tur, & retinenda videtur, imprimis cum lege quoque
divina fuerit recepta, Deut. c. 25. vers. 2. 3. II. ad Corinth.
II. vers. 24. Hac ita pro temporis & instituti ratione
sufficiant. Id unicum à benigno Lectore rogamus, ut
quæ hic non nisi festinata & interrupta opera con-


gestimus, omnia in meliorem interpretandam
vellet partem.


SOLI DEO GLORIA.





...











AB: 154566

ULB Halle

003 120 163

3




5b.

V 3 17 VD 18







8
I. N. 7.
DISSERTATIO JURIDICA
DE

ICTV FUSTIVM

QVAM
Divina adspirante clementia
RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. VVILHELMO HENRICO
DVCATVS ISENACENSIS HÆREDE &c. &c.
AVTORITATE ILLVSTRIS IN INCLYTA

SALANA JCTORVM SENATVS
SVB PRÆSIDIO
VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI
DN. CHRISTIANI WILDVOGELII

JCTI CONSVMMATISSIMI
CONSILIARII SAXO-ISENACENSIS INTIMI
CVRIÆ PROVINC. ET SCAB. NEC NON FACVLTI. JURID.
ASSESSORIS GRAVISSIMI
JVRIS PVBL. ET FEUDALIS ITEMQVE COD. ET NOV.
PROFESSORIS ORDINARIJ

*Dn. Patroni, Promotoris ac Præceptoris sui
obsequiosè & humiliter colendi*

Ad diem 16. Junii Anno C. MDCCIII.

IN AVDITORIO JCTORVM

Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit

JACOBVS BERNHARDVS KESSLER.

Oettinga-Suevus.

JENÆ, Litteris MULLERIANIS.

21.